DIATRIBÆ
AD
VETUS OFFICIUM
QUADRAGESIMALE
GRÆCIÆ ORTHODOXÆ

AUCTORE D. ANGELO MARIA QUIRINO VENETO,

Abbate S. Mariæ de Florentia.

PARS POSTERIOR.



VENETIIS, MDCCXXIX.
Apud Joan: Baptiſtam Albritium Hier. Fil.
SUPERIORUM PERMISSU AC PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

AD CANDIDUM LECTOREM.

Quandoquidem in Præfatione ad hoc Volumen non de iis tantum, quæ ad declarandum ſtudium meum in Græco Textu edendo, atque in Latina Verſione adornanda pertinerent, verba feci; ſed præterea ſuſceptum conſilium Diatribas adjungendi expoſui: non erit, quod diutius in altero hoc Præloquio, candide Lector, Te morer.

Primum Te moneo, epigraphen illam *Vetus Officium Quadrageſimale* &c. non ita intelligendam, ut in Textu, quem edimus ex Codice Barberino, integrum Officium

Digitized by Google

a Græcis Quadrageſimæ tempore recitandum comprehendatur. Deſunt ſiquidem illi in ſingulis diebus quamplura, quæ, utpote reliquis temporibus communia, ex aliis Eccleſiaſticis Libris juxta Regulas Typici ſupplere debet Græcus Monachus, ſeu Clericus, diurnum divini Officii penſum perſolvens. Titulus itaque in hunc modum accipiendus eſt, ut ea dumtaxat, quæ Officii Quadrageſimalis propria ſunt, ſeu quæ Officium proprium Quadrageſimale, *Triodium* a Græcis nuncupatum, conſtituunt, polliceatur. Neque vero hæc divini Officii quaſi mutilatio, ſeu in diverſa Volumina diſperſio, Barberini Codicis vitium eſt: nam eadem prorſus in omnibus tam Manuſcriptis, quam excuſis Triodii Quadrageſimalis Exemplaribus occurrit: imo vero in reliquis etiam Græcorum Officiorum libris, quorum nullus eſt, qui ad integras vel unius diei, quodcumque anni tempus vertatur, Canonicas Horas recitandas ſolus ſufficere valeat. Incommodam illam recitantibus abſciſſionem ipſorum Officiorum apud Græcos prolixitas neceſſariam reddit; cum contra apud Latinos, ſicuti quæ ſpectant ad Miſſas, in unum Miſſalis librum, ita, quæ ad Horas Canonicas in unicum Breviarii volumen, commode redacta reperiantur.

Alterum monitum eſt, quod cum poſterioris Partis titulum his verbis expreſſi, *Diatribæ* ad vetus Officium &c. Diatribas omnes Textui reſpondentes, eam poſſe complecti exiſtimavi. At vero cum quinque prioribus excuſis Liber præter expectationem meam ad juſtam molem ſuam perveniſſe viſus fuerit, ſatius reputavi, quæ

ſub-

ſubſecuturæ erant , in aliud tempus differre , quam earum omnium junctione , voluminis magnitudinem enormiter , quod profecto contigiſſet , augere . Si hæc quoque nonnullarum Diatribarum a Textu , cui illuſtrando inſtitutæ ſunt , divulſio Tibi incommoda cedet , me illubentem , nec quidquam tale opinantem ad eam neceſſitatem per majores formas , quibus in excudendis Diatribis uſus eſt Typographus , detruſum æquus intelligas.

Supereſt , ut Te , candide Lector , obteſter , ut diligenter memoria teneas verba illa , quibus in Præfatione ad priorem Partem hujus Voluminis teſtatus ſum , quamvis in vetuſtis Codicibus , quibus utor , luculentiſſima argumenta adverſus capitales Græcorum Schiſmaticorum , & aliorum noſtri temporis Novatorum errores paſſim deprehendantur , non mediocri utique cauſæ Catholicæ commodo (qua in re conſentientes habeo Viros Clariſſimos Operis Cenſores , quorum ſuffragia veritati , quod ad hoc ſpectat , teſtimonium perhibentia , utrique Voluminis fronti præfixa exhibentur) in iis , inquam , Codicibus nonnulla tamen occurrere non omnino plana , quæque ſeu pio Interprete , ſeu modica etiam manu indigeant , ne quis illis adverſus Catholica dogmata abutendi cuivis aditus pateat . Quæ hujuſmodi loca in Diatribis adnotabo : cumque Barberini quidem Codicis fidem ſequi , at præſertim Græcorum Officiorum orthodoxiæ in hac Editione , ut ejus titulus profitetur , ſubſervire decreverim : a propoſito argumento aliena cenſebo , ſi quæ ab eadem orthodoxia exorbitare comperientur .

Eam

Eam vero orthodoxiam non alio ſenſu intelligas, velim, quam eo, quo Allatius Græcos quoſdam ſequiorum temporum Scriptores typis S. Cong. Propagandæ Fidei evulgans, eos *Græciæ Orthodoxæ Scriptores* appellavit; & quo primus Tomus Bibliothecæ Clementino-Vaticanæ, qui nuper ex eadem Typographia in lucem prodiit (publica utique luce, quin cedro digniſſimus) Syrorum quorumdam monumenta complectens, inſcriptus reperitur, *De Syris Orthodoxis*.

Supervacaneum eſt addere, alienum pariter eſſe ab eodem argumento conſilium, Græcis Orthodoxis novum recitandi divini Officii modum, quo in diurno Horarum Canonicarum penſo perſolvendo uti valeant, præſcribere; id ſiquidem non privati Scriptoris partes ſunt, ſed ſupremam Romanorum Pontificum poteſtatem deſiderat: cujuſmodi Græcum Breviarium ab Arcadio concinnatum, auctore Clemente Octavo approbavit, ut ejus Litteræ Apoſtolicæ eidem præfixæ teſtantur. Eo tantum animo vetera Græcorum Officia publici juris facio, quo Iſaacius Habertus, Jacobus Goarus, Joannes Morinus, aliique plures Viri eruditi, & noviſſime Cardinalis Tomaſius Sacramentaria, & Liturgica cum antiquis Codicibus collata ediderunt: a quorum doctrina licet longiſſimo abſim intervallo, nihil tamen vetat, quominus poſitis a gigantæo pede veſtigiis parvulus etiam infans inſiſtat. Eo demum animo in hanc Editionem incumbo, quo de gravioribus Apoſtolicæ Sedis negotiis, puta de Librorum doctrina, de Propoſitionum ſenſu, & aliis hujuſmodi, dum etiam ejuſdem Sedis judicium expectatur, privatis

Aucto-

Digitized by Google

Auctoribus licet , abſque ullo ſupremæ auctoritatis detrimento , privatam ferre ſententiam , necnon edita de illis Romanorum Pontificum decreta pro captu quiſque ſuo interpretari , vadum (ut dici ſolet) tentantes ; dummodo nihil pronuncient , quod a Catholico dogmate abludat .

Series Diatribarum.

I.

De Eccleſiaſticorum Officiorum apud Græcos antiquitate. pag. 1.

II.

De Hymnis Quadrageſimalibus Græcorum, eorumque Auctoribus. pag. 31.

III.

De aliis Canticis Quadrageſimalibus Græcorum, eorumque Auctoribus. pag. 140.

IV.

De Dominica Publicani, & Phariſæi. pag. 191.

V.

De Dominica Filii Prodigi. pag. 209.

DIA-

DIATRIBA PRIMA.

De Eccleſiaſticorum Officiorum apud Græcos antiquitate.

ECCLESIASTICA Officia, ſeu publicas ſtatis horis, conjunctiſque vocibus, atque præſcriptis formulis Precationes, ab ipſis Eccleſiæ incunabulis apud Græcos obtinuiſſe, ac proinde ſanctiſſimum hoc inſtitutum primorum temporum pietati, Apoſtolicęque Traditioni eſſe adſcribendum, pro comperto unicuique eſſe debet; cui profecto

Digitized by Google

auſpicatiorem adhuc originem aſſignare licebit, ſi id ex orationis præcepto, quod Chriſtus Dominus verbis, & exemplis maximopere inculcavit, profluxiſſe animadvertamus, quandoquidem, ut ait Auguſtinus Epiſtola cxix. cap. xviii. de hymnis, & pſalmis canendis, Chriſti quoque Domini habemus documenta, & exempla, atque præcepta.

Equidem divinum Salvatorem frequenter cum Diſcipulis ſuis oraſſe, ante cibum benedixiſſe, & gratias egiſſe, atque poſt cibum hymnos in Dei laudem recitaſſe, Evangelica perhibet hiſtoria, eademque duabus præſertim Parabolis perſeverantis orationis efficaciam ab ipſo manifeſtatam fuiſſe teſtatur. Primam de Viro importuno tres panes offerendos hoſpiti ſuo media nocte improbis precibus accipiente exhibet Sancti Lucæ caput xi. his verbis a Chriſto concluſam: Αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν, ζητεῖτε, καὶ εὑρήσετε, κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν. πᾶς γὰρ ὁ αἰτῶν λαμβάνει, καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει, καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται: *Petite, & dabitur vobis, quærite, & invenietis. Omnis enim, qui petit, accipit, qui quærit, invenit, & pulſanti aperietur.* Aliam de Vidua improbis item clamoribus juſtitiam, quam ab iniquo Judice contra adverſarium ſuum repoſcebat, obtinente, referens idem Lucas cap. xviii. his verbis argumentum ejus proponit: Ἔλεγε δὲ καὶ παραβολὴν αὐτοῖς πρὸς τὸ δεῖν

παν-

πάντοτε προσεύχεσθαι, καὶ μὴ ἐκκακεῖν: *Dicebat autem & Parabolam ad illos, quoniam oportet ſemper orare, & non deficere.*

Divinis Domini mandatis inhærentes Apoſtoli, frequentis orationis neceſſitatem ſæpius commendarunt. Semper orandum, in omnibus gratias agendas Deo, ſcribit Paulus in Ep. 1. ad Teſſalon. cap. v. 17. 18. Ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε, ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε. τοῦτο γὰρ θέλημα Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εἰς ὑμᾶς. Et in 1. ad Timoth. cap. II. 1. 2. 3. monet pro omnibus hominibus orationes faciendas eſſe, pro Regibus, atque Principibus, ut quietam, & tranquillam vitam agant: Παρακαλῶ οὖν πρῶτον πάντων ποιεῖσθαι δεήσεις, προσευχὰς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων, ὑπὲρ Βασιλέων, καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων, ἵνα ἤρεμον, καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ, καὶ σεμνότητι. τοῦτο γὰρ καλὸν, καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ. Et infra 8. Βούλομαι οὖν προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ, ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας χωρὶς ὀργῆς, καὶ διαλογισμοῦ: *Volo ergo viros orare in omni loco, levantes puras manus ſine ira, & diſceptatione.* Itidem Jacobus in Epiſt. Catholica cap. v. 16. juſti aſſiduam deprecationem multum valere teſtatur: Πολὺ ἰσχύει δέησις δικαίου ἐνεργουμένη.

Cum vero aſſidua hæc deprecatio eo aptior cenſenda ſit ad honorem, cultumque Deo debitum digne reddendum, ad teſtandam religionem, ad beneficia divina impetranda, ad Fide-

lium mentes evehendas ad cœleſtium rerum contemplationes [quibus omnibus orationis uſus continetur] quo ſolemnius , coeuntibus nimirum in unum Fidelibus , peragitur , dum ſacros hujuſmodi conventus celebrarunt Apoſtoli , eorumdem formam nobis præmonſtrarunt . Siquidem liber Actuum eos ſimul junctos orationi vacantes pluries repræſentat , nec ſolos dumtaxat Apoſtolos , ſed una cum ipſis aliorum Fidelium turbam congregatam . Vix Chriſtus in cœlum aſcenderat , cum illi in cœnaculo collecti perſeverabant unanimiter in oratione cum mulieribus , & Maria matre Jeſu , ac cum fratribus ejus Act. cap. I. 14. *Οὗτοι πάντες ἦσαν προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν τῇ προσευχῇ , καὶ τῇ δεήσει σὺν γυναιξὶ , καὶ Μαρίᾳ τῇ μητρὶ τοῦ Ἰησοῦ , καὶ σὺν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ .* Poſt Spiritus ſancti in Diſcipulos effuſionem , tribus circiter millibus Judæorum audita Petri concione ad Criſtum converſis , hi perſeverantes erant in doctrina Apoſtolorum , in communione panis , atque orationibus cap. II. 42. *Ἦσαν δὲ προσκαρτεροῦντες τῇ διδαχῇ τῶν Ἀποςόλων , καὶ τῇ κοινωνίᾳ , καὶ τῇ κλάσει τῦ ἄρτου , καὶ ταῖς προσευχαῖς .* Dimiſſi e cuſtodia Apoſtoli cum veniſſent ad ſuos , & quæ ſibi contigerant , annunciaſſent , illi unanimiter vocem ad Deum Conditorem univerſorum orantes levaverunt cap. IV. 24. *Οἱ δὲ ἀκούσαντες , ὁμοθυμαδὸν ἦραν φωνὴν πρὸς τὸν Θεὸν , καὶ εἶπον , Δέσποτα σὺ ὁ Θεὸς*

ὁ ποι-

ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. Demum c. XII. 5. Petro in carcerem retruſo oratio ſine intermiſſione ab Eccleſia pro eo ad Deum fundebatur, Προσευχὴ δὲ ἦν ἐκτενὴς γινομένη ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ αὐτοῦ.

Sanctis hujuſmodi cœtibus Apoſtolos præſtitutas horas conſecraſſe, ex eadem Lucæ hiſtoria obvium eſt conjicere, cum ibi certa temporum intervalla, quibus Deum comprecabantur, exacte notata deprehendamus, nimirum horam tertiam cap. II. 15. ἔστι γὰρ ὥρα τρίτη τῆς ἡμέρας, horam nonam cap. III. 1. Πέτρος, καὶ Ἰωάννης ἀνέβαινον εἰς τὸ ἱερὸν ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐννάτην, horam ſextam cap. X. 9. ἀνέβη Πέτρος ἐπὶ τὸ δῶμα προσεύξασθαι περὶ ὥραν ἕκτην, mediam noctem cap. XVI. 25. κατὰ δὲ τὸ μεσονύκτιον Παῦλος, καὶ Σίλας προσευχόμενοι ὕμνουν τὸν Θεόν.

Multis itaque, ac præclaris hiſce documentis inſtructi primi Eccleſiæ Græcæ Patres, quemadmodum publicarum Precum conſuetudinem ſancte retinuerunt, ita iis decantandis certa horarum ſpatia firmius ſtabilierunt, quod antiquiora monumenta conteſtantur. Ac primo quidem occurrunt Conſtitutiones Apoſtolicæ, in quarum libro VIII. cap. XXXIV. Preces celebrandæ præſcribuntur, mane, hora tertia, hora nona, veſpere, atque ad Galli cantum, additis etiam rationibus, cur illæ iis horis collocentur; mane ſcilicet gratias agentes, quod Chriſtus nos illumi-

na-

naverit; tertia, quoniam Chriſtus in ea a Pilato damnatus fuit; ſexta, quoniam in ea crucifixus; nona, quia eo crucifixo commota ſunt univerſa; veſpere, ob requiem a diurnis laboribus conceſſam; ad Gallicinium, quoniam ea hora diei adventus ad facienda opera lucis annunciatur. Εὐχὰς ἐπιτελεῖτε ὄρθρου, καὶ τρίτῃ ὥρᾳ, καὶ ἕκτῃ, καὶ ἐννάτῃ, καὶ ἑσπέρᾳ, καὶ ἀλεκτοροφωνίᾳ. Ὄρθρου καὶ εὐχαριστοῦντες, ὅτι ἐφώτισεν ἡμᾶς ὁ Κύριος, παραγαγὼν τὴν νύκτα, καὶ ἐπαγαγὼν τὴν ἡμέραν. Τρίτῃ δὲ, ὅτι ἀπόφασιν ἐν αὐτῇ ὑπὸ Πιλάτου ἔλαβεν ὁ Κύριος. Ἕκτῃ δὲ, ὅτι ἐν αὐτῇ ἐσταυρώθη. Ἐννάτῃ δὲ, ὅτι πάντα κεκίνητο τοῦ Δεσπότου ἐσταυρωμένου, φρίττοντα τὴν τόλμαν τῶν δυσσεβῶν Ἰουδαίων, μὴ φέροντα τοῦ Κυρίου τὴν ὕβριν. Ἑσπέρας δὲ εὐχαριστοῦντες, ὅτι ἡμῖν ἀνάπαυσιν ἔδωκε τῶν μεθημερινῶν κόπων τὴν νύκτα. Ἀλεκτρυόνων δὲ κραυγῇ, διὰ τὸ τὴν ὥραν ἐκείνην εὐαγγελίζεσθαι τὴν παρουσίαν τῆς ἡμέρας εἰς ἐργασίαν τῶν τοῦ φωτὸς ἔργων. Athanaſius, ſeu vetus Auctor libri de Virginitate, Dei ſponſam erudiens, horas divinis Precibus ſacras commemorat, matutinam videlicet, tertiam, qua Chriſtus crucis ligno affixus fuit, ſextam, qua in eodem exaltatus, nonam, qua Spiritum emiſit, duodecimam, qua ad Inferos deſcendit, mediam noctem, qua ſurrexit e mortuis: Ἀνατέλλων ὁ ἥλιος βλεπέτω τὸ βιβλίον ἐν ταῖς χερσί σου. καὶ μετὰ τρίτην ὥραν συνάξεις ἐπιτέλει, ὅτι ταύτῃ τῇ ὥρᾳ ἐπάγη τῷ ξύλῳ τοῦ σταυροῦ. Ἕκτῃ ὥρᾳ ὁμοίως ἐπιτέλει σου τὰς προσευχὰς μετὰ ψαλμῶν, καὶ κλαυθμοῦ, καὶ δεήσεως, ὅτι ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐκρε-

μάσ-

μάθη ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τοῦ ϛαυροῦ. Ἐννάτῃ ὥρᾳ πάλιν ἐν ὕμνοις, καὶ δοξολογίαις μετὰ δακρύων ἐξομολογουμένη τὰ παραπτώματά σου τὸν Θεὸν ἱκέτευε, ὅτι ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ὁ Κύριος κρεμάμενος ἐπὶ ϛαυροῦ παρέδωκε τὸ πνεῦμα. Duodecima majorem, atque accuratiorem Synaxin habendam præſcribit: ὅτι ἐν αὐτῇ καταβέβηκεν ὁ Κύριος ἡμῶν εἰς τὸν Ἅδην, καὶ ἰδὼν αὐτὸν ὁ Ἅδης ἔφριξεν: media nocte hymnos in Dei laudem canendos, quia ea hora Chriſtus e mortuis reſurgens Patrem hymnis collaudavia, preceſque nocturnas à Davidico illo *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper judicia juſtificationis tuæ*, inchoandas: Μεσονύκτιον ἐγερθήσῃ, καὶ ὑμνήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου, ἐν αὐτῇ γὰρ τῇ ὥρᾳ ἀνέϛη Κύριος ἡμῶν ἐκ νεκρῶν, καὶ ὕμνησε τὸν Πατέρα, διὰ τοῦτο αὐτῇ τῇ ὥρᾳ προστετάγη ἡμῖν ὑμνεῖν τὸν Θεόν. Ἀνιϛαμένη δὲ πρῶτον, τοῦτον τὸν ϛίχον εἰπέ. Μεσονύκτιον ἐγειρόμην, τοῦ ἐξομολογεῖσθαί σοι ἐπὶ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου. Quas horarum diviſiones, ſeu temporis intervalla divinis Precibus deſtinata vetus hic Auctor ſacræ Virgini, totidem Baſilius Monachis à ſe inſtitutis expoſuit in Sermone 1. De inſtitutione Monachorum, ſcribens, vitam quidem omnem orationis maximè tempus eſſe debere, at quoniam opus eſt, per certas intercapedines pſalmodiæ, & genuflexionis contentionem quieſcere, obſervandas eſſe horas, quas Sancti ad orationem præmonſtrarunt: Προσευχῆς καιρὸς ἔϛω ἅπας ὁ βίος μάλιϛα. ἐπειδή χρὴ τίσι διαλείμμασι τὸ συντονον

τονον ψαλμῳδίας, καὶ τῆς γονυκλισίας διαπαύειν, ἀκολουθητέον ταῖς παρὰ τῶν ἁγίων τετυπωμέναις εἰς προσευχὴν ὥραις. Davidem media nocte ad confitendum Deo ſurrexiſſe, eoque pariter tempore Paulum, & Silam in carcere Deum collaudaſſe; eumdem Prophetam narraſſe, & annuntiaſſe Domini nomen veſpere, mane, & meridie; tertiam horam memorari in Actibus Apoſtolorum; nonam Dominicæ Paſſionis memoriam continere; Davidicum illud: *Septies in die laudem dixi tibi*, exemplaris loco proponendum, ut per omnem diei periodum ſepties Deum celebremus, ac propterea ad ſeptenarium Precationum numerum abſolvendum, meridianam orationem dividendam eſſe, & partim quidem peragendam antequam cibus afferatur, partim vero poſtquam allatus eſt: *Ἀλλ' ἐπειδὰν φησὶν ὁ Δαβὶδ. Ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ᾔνεσά σε ἐπὶ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου, οἱ δὲ μνημονευθέντες τῆς προσευχῆς καιροὶ οὐ πληροῦσι τὴν ἑβδομάδα τῶν προσευχῶν, τὴν μεσημβρινὴν προσευχὴν διατμητέον, καὶ τὴν μὲν πρὸ τοῦ προσενέγκασθαι τὴν τροφὴν, τὴν δὲ μετὰ τοῦ προσενέγκασθαι, ὥστε γενέσθαι καὶ ἡμῖν ἐν τύπῳ τὸ. Ἑπτάκις τῆς ἡμέρας αἰνεῖν τὸν Θεὸν κατὰ πᾶσαν τῆς ἡμέρας περίοδον.* Eædem horæ a Baſilio commemorantur in Regulis fuſius diſputatis c. XXXVII. Matutinas, veſpertinas, atque nocturnas Precationes, nec non ad horam tertiam, ſextam, & nonam a viris Deum timentibus peragi conſuetas Chryſoſtomus in

Hom.

Hom. xiv. in 1. ad Timoth. luculenter recenſet.

Quibus omnibus teſtimonijs (nam alia brevitatis cauſa prætermittimus) palam comprobatur, morem laudes Dei in publicis Fidelium conventibus ſtatis horis decantandi, apud Græcos a primis Eccleſiæ ſæculis obtinuiſſe. Quoniam vero Eccleſiaſticorum Officiorum ratio, de qua hic agitur, expoſcit, ut Fideles laudibus Dei non in publicis tantum conventibus, non ſtatis dumtaxat horis incumbant, ſed præterea ut præſcriptæ orandi formulæ, junctæque comprecantium voces adhibeantur, utrumque pariter priſcis Græcorum Precationibus adfuiſſe, facile erit novis veterum Scriptorum auctoritatibus in medium prolatis demonſtrare.

Præter privatas preces cujuſvis orantis voluntati permiſſas, de quibus loqui videtur Paulus Apoſtolus in 1. ad Cor. c. xiv. 26. dum ait: Ὅταν συνέρχησθε, ἕκαστος ὑμῶν ψαλμὸν ἔχει, διδαχὴν ἔχει, γλῶσσαν ἔχει, ἀποκάλυψιν ἔχει, ἑρμηνείαν ἔχει: *Cum convenitis, unuſquiſque veſtrum pſalmum habet, doctrinam habet, apocalypſim habet, interpretationem habet*; præter privata hæc, inquam, ſingulorum pietatis inſtrumenta, adeo verum eſt, communes Precationes alta voce decantatas ad audientium etiam documentum, & ædificationem, Apoſtolicorum Virorum temporibus in Eccleſia Græca receptas fuiſſe, ut chororum diviſio Sanctum Ignatium

Martyrem, & Petri Apoſtolorum Principis poſt Evodium in Antiochena Sede Succeſſorem primum inſtitutorem habuiſſe feratur, qui videlicet Angelorum alternis hymnis ſanctam Triadem celebrantium viſionem intuitus, morem in ea animadverſum in Antiochenam Eccleſiam invexerit, unde in omnibus Eccleſijs eadem traditio recepta fuerit. Socrates Hiſtor. Eccleſ. lib. VI. cap. IX. rem ita narrat: *Λεκτέον δὲ καὶ ὅθεν τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν ἡ κατὰ τοὺς ἀντιφώνους ὕμνους ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ συνήθεια. Ἰγνάτιος Ἀντιοχείας τῆς Συρίας τρίτος ἀπὸ τοῦ Ἀποστόλου Πέτρου Ἐπίσκοπος, ὃς καὶ τοῖς Ἀποστόλοις αὐτοῖς συνδιέτριψεν, ὀπτασίαν εἶδεν Ἀγγέλων διὰ τῶν ἀντιφώνων ὕμνων τὴν ἁγίαν Τριάδα ὑμνούντων, καὶ τὸν τρόπον τοῦ ὁράματος τῇ ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἐκκλησίᾳ παρέδωκεν, ὅθεν καὶ ἐν πάσαις ταῖς Ἐκκλησίαις αὕτη ἡ παράδοσις διεδόθη. οὗτος μὲν οὖν ὁ περὶ τῶν ἀντιφώνων ὕμνων λόγος ἐστίν.* Multo quidem ſerius in Antiochena Eccleſia pſallentium choros diviſos bifariam prodidit Theodoretus Epiſcopus Cyri Hiſt. Eccleſ. lib. II. cap. XXIV. nimirum regnante Conſtantio, dum ſcilicet Flavianus, & Diodorus adhuc Laici, noctu, diuque ad pietatis ſtudium populum excitantes, eumdem Davidicos hymnos per vices canere docuerunt, ſubdens, hoc quidem primum Antiochiæ inſtitutum, dein ubique pervagatũ eſſe, & ad ultimos terræ fines pervaſiſſe: *Ἡ δὲ ἀξιάγαστος ξυνωρὶς Φλαβιανὸς, καὶ Διόδωρος, ἱερατικῆς μὲν λειτουργίας μηδέπω τετυχηκότες, τῷ δὲ λαῷ συντεταγ-*

μένοι,

μενοι, νύκτωρ, καὶ μεθ' ἡμέραν εἰς τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ζῆλον διήγειρον ἅπαντας. οὗτοι πρῶτοι διχῆ διελόντες τοὺς τῶν ψαλλόντων χοροὺς, ἐκ διαδοχῆς ᾄδειν τὴν Δαυιτικὴν ἐδίδαξαν μελῳδίαν. καὶ τοῦτο ἐν Ἀντιοχείᾳ πρῶτον ἀρξάμενον, πάντοσε διέδραμε, καὶ κατέλαβε τῆς Οἰκουμένης τὰ τέρματα. Hæc, inquam, Theodoretus; cui utpote Antiocheno etſi major, quam Socrati hac in re adhibenda fides videatur, attamen inſtitutionis illius antiquitati vel maxime ſuffragari cenſendum eſt, quod Sanctus Baſilius Magnus in Epiſtola LXIII. ad Clerum Neocæſarienſem eam ſuo tempore apud omnes ferme Orientales obtinuiſſe teſtetur, Ægyptios ſcilicet, utroſque Lybes, Thebæos, Palæſtinos, Arabes, Phœnices, Syros, Euphratis accolas, atque uno verbo apud omnes quibus vigiliæ, & orationes, & communes pſalmodiæ in pretio eſſent. Πρὸς δὲ τὸ ἐν ψαλμῳδίαις ἔγκλημα, ᾧ μάλιστα τοὺς ἁπλουστέρους φοβοῦσιν οἱ διαβάλλοντες ἡμᾶς, ἐκεῖνο εἰπεῖν ἔχω, ὅτι τὰ νῦν κεκρατηκότα ἔθη πάσαις ταῖς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις συνῳδά ἐστι, καὶ σύμφωνα. Eccleſias, quibus eæ canendi conſuetudines concordabant, ita recenſet: Ἐπὶ τούτοις λοιπὸν εἰ ἡμᾶς ἀποφεύγετε, φεύξεσθε καὶ Αἰγυπτίους, φεύξεσθε δὲ καὶ Λίβυας ἀμφοτέρους, Θηβαίους, Παλαιστίνους, Ἄραβας, Φοίνικας, Σύρους, καὶ τοὺς πρὸς τῷ Εὐφράτει κατῳκισμένους, καὶ πάντας ἁπαξαπλῶς, παρ' οἷς ἀγρυπνίαι, καὶ προσευχαὶ, καὶ αἱ κοιναὶ ψαλμῳδίαι τετίμηνται. Erant autem eæ conſuetudines hujuſmodi. De nocte populus ſurgens ad oratio-

nis domum procedebat, atque in labore, & anxietate, ac lacrymarum aſſiduitate Deo confitebatur. Dein ex orationibus aſſurgentes ad pſalmodiam diſponebantur, iique in binos choros diviſi alternis vicibus pſallebant, atque una ſimul divinorum eloquiorum meditationi exinde incumbebant. Poſtea exordiendi cantus muneri uni ab omnibus commiſſo ſuccinebant reliqui, eoque pacto ſimul orantes, noctem in pſalmodiæ varietate extrahebant. At ubi dies effulgere cœperat, omnes junctim veluti ex uno ore, atque uno corde confeſſionis pſalmum Déo offerebant, ſinguli confeſſionis verba adhibentes. *Ἐκ νυκτὸς γὰρ ὀρθρίζει παρ' ἡμῖν ὁ λαὸς ἐπὶ τὸν οἶκον τῆς προσευχῆς, καὶ ἐν πόνῳ, καὶ ἐν θλίψει, καὶ συνοχῇ δακρύων ἐξομολογούμενοι τῷ Θεῷ. τελευταῖον ἀναστάντες τῶν προσευχῶν εἰς τὴν ψαλμῳδίαν καθίστανται, καὶ νῦν μὲν διχῆ διανεμηθέντες ἀντιψάλλουσιν ἀλλήλοις, ὁμοῦ μὲν τὴν μελέτην τῶν λογίων ἐντεῦθεν κρατύνοντες, ὁμοῦ δὲ καὶ τὴν προσοχὴν, καὶ τὸ ἀμετεώριστον τῶν καρδιῶν ἑαυτοῖς διακονούμενοι. ἔπειτα πάντες ἐπιτρέψαντες ἑνὶ κατάρχειν τοῦ μέλους, οἱ λοιποὶ ὑπηχοῦσι. καὶ οὕτω ἐν τῇ ποικιλίᾳ τῆς ψαλμῳδίας τὴν νύκτα διενεγκόντες μεταξὺ προσευχόμενοι, ἡμέρας ἤδη ὑπολαμπούσης πάντες κοινῇ ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος, καὶ μιᾶς καρδίας τὸν τῆς ἐξομολογήσεως ψαλμὸν ἀναφέρουσι τῷ Κυρίῳ, ἴδια ἑαυτῶν ἕκαστος τὰ ῥήματα τῆς μετανοίας ποιούμενοι.* Suffragatur pariter eidem antiphonariæ pſalmodiæ antiquitati, quod illius originem in Mediolanenſi Eccleſia refe-

rens

Digitized by Google

rens beatus Auguſtinus , eam ex Orientalium more emanaſſe declarat Confeſſion. l. IX. cap. VII. *Non longe cœperat Mediolanenſis Eccleſia genus hoc conſolationis , & exhortationis celebrare magno ſtudio fratrum concinentium vocibus , & cordibus. Nimirum annus erat , aut non multo amplius , cum Juſtina Valentiniani Regis pueri mater hominem tuum Ambroſium perſequeretur , hæreſis ſuæ cauſa, qua fuerat ſeducta ab Arianis. Excubabat pia plebs in Eccleſia mori parata cum Epiſcopo ſervo tuo. Ibi mater mea , ancilla tua , ſollicitudinis , & vigiliarum primas partes tenens orationibus vivebat. Nos adhuc frigidi a calore ſpiritus tui , excitabamur tamen civitate attonita , atque turbata . Tunc hymni, & pſalmi ut canerentur ſecundum morem orientalium partium , ne populus mœroris tædio contabeſceret, inſtitutum eſt , & ex illo in hodiernum detentum , ac pæne omnibus gregibus , & per ceteras orbis partes imitantibus.*

Quæ autem præſcriptis horis , præſcriptoque communis precationis ritu peragebantur in Eccleſia Greca publicæ Precationes , fieri nequit , quin certa etiam pſalmorum , hymnorum , aliarumque ſacrarum lectionum lege canentibus Fidelibus præſcripta peragerentur , nam laxatis cujuſque orantis voluntati frænis , incondito prorſus clamore Templa perſonaſſent. In Photij Nomocanone Titulus III. inſcribitur : *De Precibus,*

cibus, *&* *Pſalmodia*, *&* *Lectionibus* Περὶ εὐχῶν, καὶ ψαλμῳδίας, καὶ ἀναγνώσεως, ibique in cap. II. cujus argumenium *Quos*, *quomodo*, *qualia canere*, *precari*, *aut legere oporteat*, plures antiquiſſimorum Conciliorum Canones laudantur, videlicet Apoſtolorum ſexageſimus, & octogeſimus quintus, Laodicenus quintus decimus, decimus ſeptimus, decimus octavus, decimus nonus, viceſimus tertius, quinquageſimus nonus, Carthaginenſis viceſimus quartus, quadrageſimus ſextus, centeſimus tertius, Concilij ſexti trigeſimus tertius, ſexageſimus tertius, ſeptuageſimus quintus, octogeſimus primus, Nicæni ſecundi quartus decimus; quibus ſtabilem, & concordem Canonicarum Precum formam a Fidelibus retinendam eſſe ſancitur: Περὶ τοῦ τινας, καὶ πῶς, καὶ ποῖα δεῖ ψάλλειν, ἢ εὔχεσθαι, ἢ ἀναγινώσκειν Ἀποςόλων Κανὼν ξ΄. πέ. Συνόδυ Λαοδικείας Κανὼν ιε΄. ιζ΄. ιη΄. ιθ΄. κγ΄. νθ΄. Συνόδυ Καρθαγένης Κανὼν κδ΄. μϛ΄. ργ΄. Συνόδυ ϛ΄. λγ΄. ξγ΄. οε΄. πα΄. Συνόδου Νικαίας τό β΄. Κανὼν ιδ΄. Legem hanc nonniſi conſuetas Precationes, ſeu primorum Patrum, aut veterum Synodorum decretis firmatas in Eccleſiis adhibendi, protulerunt celebres inter Græcos Eccleſiaſtici juris Expoſitores Joannes Zonara, & Theodorus Balſamo, eique ſententijs ſuis adſtipulati ſunt, quas eo libentius præ cæteris hic afferemus, quo planius inde patebit, Græcos recentiores, dum ex

arbi-

arbitrio Officia Eccleſiæ moderantur, addentes, ſubtrahentes, mutantes, de novo conſarcinantes, quidquid ipſis videtur, non ſolum Legibus, Canonibus, & integerrimo Eccleſiaſticæ Diſciplinæ ordini adverſari, ſed inſuper ab eorum pariter, quos ipſi, ceu primarios Schiſmatis ſui magiſtros amant, & colunt, dictis, & auctoritate procul diſſentire. Zonaras in Can. XVIII. Concilij Laodicæni hæc habet: Ο εἰκοστὸς τρίτος τῆς ἐν Καρθαγένῃ Συνόδου Κανὼν διατάττεται ἐν ταῖς ἱκεσίαις τὰς κεκυρωμένας παρὰ τῆς Συνόδου εὐχὰς παρὰ πάντων λέγεσθαι, καὶ μὴ νέας ἄλλας. τοῦτο οὖν ἔοικεν καὶ ὁ παρὼν Κανὼν διατάττεσθαι, τὸ μὴ τὸν βουλόμενον δηλαδὴ εὐχὰς ἰδίας συντιθέναι, καὶ ταύτας λέγειν ἐν ταῖς συνάξεσιν, ἀλλὰ τὰς αὐτὰς εὐχὰς τὰς ἤδη παραδεδομένας γίνεσθαι ἐν πάσῃ συνάξει. *Ut in ſupplicationibus probatæ tantummodo per Synodum Precationes, rejectis aliis novis, ab omnibus adhibeantur, Carthaginenſis Synodi vigeſimo tertio Canone conſtitutum eſt. Idem hoc quoque Canone decretum videtur, ac ne cui ſcilicet pro arbitrio formulas precum contexere, eaſque in publicis conventibus recitare liceat, ſed eaſdem, hoc eſt diuturna conſuetudine uſurpatas, in quocumque conventu omnes retineant, definitum*. Et in Canon. 106. Carthagin. Τὰς οὖν κεκυρωμένας ἐν τῇ Συνόδῳ λέγεσθαι ὁρίζει ἡ Σύνοδος, ὁποῖαι ἂν εἶεν, καὶ ὡς ἂν καλοῖντο, καὶ μὴ ἑτέρας προσφέρεσθαι, ἀλλὰ τὰς παρὰ τῶν συνετωτέρων συναχθείσας εὐχὰς λέγεσθαι. *Preces igitur in Synodo confirmatæ, & a ſapien-*

pientioribus collectæ , quęcumque demum illę forent , & quocumque nomine vocarentur , eas omnibus aliis rejectis adhiberi Synodus ſtatuit . Atque infra . Ἐν πᾶσιν οὖν τοῖς εἰρημένοις ἐκείνας ὁρίζει λέγεσθαι τὰς ἤδη κυρωθείσας εὐχὰς , καὶ μὴ νέας παρά τινων εἰσαγομένας κατὰ τῆς πίστεως . ἃ γὰρ οὐκ ἐδοκίμασαν οἱ Πατέρες , ἀμφίβολά εἰσι . φόβος δ' ὑποτρέχει ἐν τοῖς τοιούτοις , μή ποτε καὶ ἀσεβῆ ὦσί τινα , ἢ κατὰ τῆς πίστεως . διὸ καὶ ἀποβάλλεται τὰ νέα ἡ Σύνοδος . *His ergo locis omnibus Preces jam a Synodo confirmatas adhiberi , novas autem , quę ab aliquibus contra fidem invehuntur , repudiari omnino jubet . Quę enim Patrum judicio non ſunt probata , dubia ſunt , proindeque ne aliquid a pietate , fideque alienum contineant , metuendum . Idcirco nova omnia Synodus abrogavit .* Paria habet Theodorus Balſamo in ſuis ad utrumque Canonem Commentarijs , & primo ad Canonem Laodicænum : Καὶ οὗτος ὁ Κανὼν διορθωτικός ἐστι παλαιοῦ τινος ἔθους ἀτάκτου . φαίνεται γὰρ ὥς τινες ἐξ ὑπεροψίας εὐχὰς συντιθέμενοι εἰς τὰς ἑσπερινὰς ὑμνῳδίας ἀνεγίνωσκον αὐτὰς , καὶ αἰτιώμενοι ἔλεγον , μηδέν τι ἀπεικὸς ποιεῖν , μηδὲ παραλῦον τὰς παρὰ τῶν Πατέρων δεδομένας εὐχάς . ἐκεῖναι μὲν γὰρ εἰς τὰς ἐννάτας ἐτυπώθησαν γίνεσθαι . αἱ δὲ παρ' αὐτῶν γεγονυῖαι εἰς τὰς ἑσπερινὰς ὑμνῳδίας ἐκφωνοῦνται . φασὶν οὖν οἱ Πατέρες ἀρκεῖν τὰς παραδεδομένας εὐχὰς καὶ ἐν ταῖς ἐννάταις , καὶ ἐν ταῖς ἑσπέραις , ἢ ἐν πάσαις ἁπλῶς ταῖς συνάξεσι , καὶ μὴ ἔχειν ἄδειαν τὸν βουλόμενον εὐχὰς συντιθέναι . *Hic quoque Canon veterem inordinatum morem corrigit . Quidam enim propter arrogantiam,*

ut

Digitized by Google

ut videtur, in veſpertinos hymnos Preces componentes, eas legebant, & cum reprehendebantur, ſe nihil abſurdum, alienumve facere, nec a Patribus datas orationes diſſolvere dicebant. Illæ etenim in nonis fieri juſſę ſunt, quę autem ab ipſis factę ſunt, in veſpertinis hymnis proferuntur. Dicunt ergo Patres ſufficere Preces, quę ſunt traditæ, & in nonis, & in veſperis, & in omnibus, ut ſemel dicam, Congregationibus, nec licere ei, qui velit, Preces componere. Idemque ad Canonem Carthaginen. Ὡς ἔοικε, τινὲς Ἐπίσκοποι ἐπεχείρουν λέγειν εὐχὰς ἀσυνήθεις, ἢ κατὰ τὰ προοίμια τῶν θείων δοξολογιῶν, ἤγουν εἰς τὰς εὐχάς, ἢ κατὰ τὰς παραθέσεις, ἤγουν ἐν τῷ μέσῳ, ἢ κατὰ καιρὸν τῶν χειροτονιῶν. κωλύοντες οὖν τοῦτο οἱ Πατέρες φασὶ, μόνας ἐκείνας τὰς εὐχὰς λέγεσθαι τὰς προκεκυρωμένας, ἤτοι τὰς συνήθεις. *Ut eſt veriſimile, aggrediebantur quidam Epiſcopi dicere Precationes inuſitatas, vel in initiis glorificationum, vel in commendationibus, ſeu in medio, vel etiam tempore manuum impoſitionis. Hoc ergo vetantes Patres dicunt, eas ſolas debere dici Precationes, quę prius conſtitutæ ſunt, ſeu quæ ſunt conſuetæ.* Liceat hic cum Allatio, ex cujus Diſſertatione II. de Lib. Eccleſ. Grçcorum, laudatos Zonaræ, & Balſamonis textus deſumpſimus, a neotericis Græcorum Officiorum Correctoribus, & Editoribus petere, quanam auctoritate tantum facinus audeant, ut temeratas manus in intemeratos Eccleſiæ ritus injiciant? Anne homines

 viliſ-

viliſſimi, nulla ſcientiarum laude, nulla dignitate, nulla auctoritate conſpicui, ſacroſanctis ſuæmet Eccleſiæ Canonibus refragari licitum exiſtimant, & compicta ab ipſis nugamenta inter rerum ſacrarum cæremonias non domi tantum, ſed in ſacris conventibus, & Eccleſijs legenda, ac recitanda proponere? Heu graviſſimum piaculum!

Quænam vero laudatorum Conciliorum temporibus forent conſtitutæ, & conſuetæ illæ in Eccleſia Græca Precationes, ſeu in Synodis confirmatæ, & a ſapientioribus collectæ, veteres Scriptores minime tradunt, & longe ab ea ætate diſtant Auctores illarum, quę in eadem Eccleſia pro divini Officij penſo in pręſens uſurpantur, quaſque vetuſtiores Manuſcripti Codices repręſentant. Non modicam tamen lucem Eccleſiaſticæ horarum Canonicarum pſalmodię primis ſæculis apud Orientales receptę afferre poterunt, quę ab Joanne Caſiano in Opere de Inſtitutis Cœnobiorum produntur, cujus liber II. *De Canonico nocturnarum Orationum, & Pſalmorum modo*, inſcribitur, atque incipit: *Duplici hoc, quod diximus, cingulo Chriſti miles accinctus, interim qui modus Canonicarum orationum pſalmorumque ſit in partibus Orientis a ſanctis Patribus antiquitus ſtatutus, agnoſcat*. Dein cap. II. ſcribit, multos ſuper hac re diverſos typos, & re-

regulas ſibimet conſtituiſſe pro captu mentis ſuæ, habentes quidem, ut ait Apoſtolus, zelum Dei, ſed non ſecundum ſcientiam; & quoſdam quidem vicenos, ſeu tricenos pſalmos ſingulis noctibus dicendos cenſuiſſe, eoſque antiphonarum protelatos melodijs, & quarumdam modulationum adjunctione; alios hunc modum etiam excedere tentaſſe; nonnullos decem, & octo præſcripſiſſe: qua ratione diverſis in locis diverſus quoque divinorum Officiorum Canon inſtitutus fuerit, totque propemodum uſurpati typi, ac regulæ, quot Monaſteria, & Cellæ. *Quapropter neceſſarium* [inquit] *reor, antiquiſſimam Patrum proferre in medium conſtitutionem, quæ nunc uſque per totam Ægyptum a Dei famulis cuſtoditur.* Antiquiſſimam hanc Patrum conſtitutionem [ſummatim collectis, quæ ſparſim, & prolixe toto libro II. & ex parte etiam libro III. ea de re a Caſsiano traduntur] hujuſcemodi fuiſſe comperimus. Primum moris apud illos fuit ſingulis diebus bina vice in Chorum, ſeu Oratorium pariter convenire, nempe ad Veſperam, ſeu completo die, quam vocabant horam lucernalem, quia tunc lucernas accendebant lumine diei deficiente, & hanc vocabant Veſpertinam ſolemnitatem, ſive Synaxin. Deinde circa mediam noctem, & tunc celebrabant Officium nocturnum. In utroque

conventu , & officio tam Veſpertino , quam Nocturno Pſami duodecim dicebantur , quos unus dumtaxat Lector , aut Cantor in medio Fratrum aſſurgens ſuaviter decantabat, & clara, aut ſonora voce recitabat, cui tamen, ne cantando deficeret , alij viciſsim ſuccedebant , tres, aut quatuor ad ſummum, qui duodenarium pſalmorum numerum ita partiebantur , ut ſi duo tantum eſſent , ſinguli ſenos , ſi tres , ſinguli quaternos , ſi quatuor , ſinguli ternos pſalmos occinerent . Summum interea ſilentium , ceteris humi ſedentibus , & in pſallentis verbis tota animi attentione defixis, ac mente non voce pſallentibus , adeo ut nec oſcitatio, nec tuſſis , nec excreatio , nec ſtrepitus ullus audiretur, imo nec quiſpiam alius præter canentem adeſſe crederetur . Pſalmos quoque præſertim longiores non continue , & uno tractu uſque ad finem percurrebant , ſed quibuſdam interſectionibus poſt denos ſcilicet , aut duodenos verſus pauliſper pauſando , brevi orationi , aut meditationi inſiſtebant . Pſalmus quiſque non verſiculo illo Latinis uſitato *Gloria Patri &c.* terminabatur, ſed alia brevi oratione ; poſt finem vero pſalmi duodecimi reſpondebatur, *Alleluja* . Finitis pſalmis duæ Lectiones ſequebantur, una de veteri Teſtamento, altera de novo, exceptis diebus Dominicis , & Sabbatinis, quibus

bus utraque de novo ſumebatur. His peractis omnes in genua procidebant, Deo gratias agentes, ac ſtatim omnibus erectis Abbas, ſive Sacerdos, qui Congregationi præerat, velut omnium fratrum vota, preceſque in unum colligens, ac Deo offerens publica oratione Officium terminabat. Atque hoc modo Officia, quæ vocabant, Veſpertina, & Nocturna, ab illis agebantur. Finitis pſalmis, & Vigilijs nocturnis ſinguli Monachi ad ſuas cellulas revertentes, & reſiduo noctis ſpatio excubantes, orationi pariter, & operi manuum vacabant, donec adveniente aurora nocturno operi, ac meditationi operatio diurna ſuccederet. Reliqua Officia diurna, nempe Tertiæ, Sextæ, & Nonæ ſinguli privatim in ſuis cellulis perſolvebant, & in ſingulis tres Pſalmos cum oratione recitabant, quibus tamen alias preces, & orationes privatas, ita aſsidue intermiſcebant, ut totum diei tempus ad Veſperam uſque in his Officijs conſumerent, nec tamen ab opere manuum interea vacarent, orationi, & operationi pariter inſiſtentes. Qua vero ratione duodenarius Pſalmorum numerus in Oriente inſtitutus fuerit, quem Monachi S. Benedicti a legislatore noſtro, qui veterum Monachorum inſtituta a Caſsiano deſcripta ut plurimum in Regula ſua ſequutus eſt, in nocturnis Officijs præſcri-

ptum

ptum conſtanter retinemus , præſtat ipſiſmet Caſſiani verbis exponere · *Cum pro ſuo unuſquiſque fervore infirmitatis immemor alienæ , id ſtatui debere cenſeret , quod contemplatione fidei , ac roboris ſui facillimum judicabat , parum diſcutiens , quid generaliter multitudini fratrum poſſibile eſſet , in qua neceſſe eſt , infirmorum quoque partem maximam reperiri , diverſoque modo enormem pſalmorum numerum inſtituere pro animi ſui virtute certarent , & alij quinquagenos , alij ſexagenos pſalmos , nonnulli vero ne hoc quidem numero contenti , excedi eum debere cenſerent , eſſetque inter eos pro religionis regulæ piæ contentionis ſancta diverſitas , ita ut tempus ſolemnitatis Veſpertinæ ſacratiſſimæ ſuccederet quæſtioni, quotidianos orationum ritus volentibus celebrare , unus in medio pſalmos Domino cantaturus exſurgit , Cumque ſedentibus cunctis , ut eſt moris nunc uſque in Ægypti partibus , & in pſallentis verba omni cordis intentione defixis , undecim pſalmos orationum interjectione diſtinctos contiguis verſibus parili pronunciatione cantaſſet , duodecimum ſub Alleluja reſponſione conſummans ab univerſorum oculis repente ſubtractus , quæſtioni pariter , & cæremonijs finem impoſuit . Ex hinc venerabilis Patrum ſenatus intelligens , Angeli magiſterio congregationibus fratrum generalem canonem non ſine diſpenſatione Domini conſtitutum , decrevit hunc numerum tam in Veſ-*

per-

pertinis, quam in Nocturnis conventiculis cuſtodiri. Hæc Caſsianus l. II. cap. v. & vi.

A Caſsiani temporibus non longo abfuerunt intervallo Euthymius, & Theoctiſtus, qui primi hodierni Græcorum Typici, ſeu libri illius, quo ordo recitandi divini Officij præſcribitur, auctores feruntur; quam Conſtitutionem Sanctus Sabbas Monaſterio ſuo Hieroſolymitano tradiderit, poſtea vero locis illis irruptione Barbarorum vaſtatis deperditam, ſanctus Sophronius ejuſdem civitatis Patriarcha ſtudio, atque labore ſuo reſtituerit, eamdemque ſanctus Joannes Damaſcenus renovaverit, ſcriptoque mandatam reliquerit. Rem ita narrat Symeon Theſſalonicenſis in Dialogo contra Hæreſes: Καὶ γὰρ ὁ θεῖος Πατὴρ ἡμῶν Σάββας ταύτην διετυπώσατο, παραλαβὼν αὐτὴν ἀπὸ τοῦ ἐν ἁγίοις Εὐθυμίου, καὶ Θεοκτίστου. οὗτοι δέ γε ἀπὸ τῶν πρὸ αὐτῶν, καὶ τοῦ ὁμολογητοῦ Χαρίτωνος παρειλήφασι. τὴν δὲ ἱεροῦ Σάββα διατύπωσιν, ὡς ἐμάθομεν, καταφθαρέντος τοῦ τόπου ὑπὸ Βαρβάρων ἀφανισθεῖσαν ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Σωφρόνιος ὁ τῆς ἁγίας πόλεως Πατριάρχης φιλοπονήσας ἐξέθετο, καὶ μετ᾽ αὐτὸν πάλιν ὁ θεῖος ἡμῶν, καὶ θεολογικὸς Πατὴρ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης ἀνανεώσατο, καὶ γράψας παρέδωκεν. Idem Symeon in Reſponſis ad Quæſtiones Gabrielis Pē-tapolitani Metropolitæ Typicum Hieroſolymiticum Sabbam, & Joannem Damaſcenum auctores, inſtitutoreſque agnoſcere teſtatur, quod de Euthymio innuere quibuſdam videtur Cyrillus Scytho-

thopolitanus in Vita ſancti Theodoſij Archimandritæ, narrans, hunc Comanorum Eccleſiæ cantorem a puero factum, & Eccleſiaſticum ordinem Ἐκκλησιαστικὸν Κανόνα accuratiſsime edoctum, memoriaque complexum Pſalterij libros, & reliquas divinas Scripturas, didiciſſe eremi regulas a Marciano Anachoreta, & a Luca Metopeno, quos in primis ſanctus Euthymius accuratum inſtitutum Monachorum edocuit, οὕς τινας ἐν πρώτοις ὁ ἐν ἁγίοις Εὐθύμιος τὴν μοναχικὴν ἐπαίδευσεν ἀκρίβειαν.

Symeonis Teſſalonicenſis auctoritate fultus Vagnerechius in Prolegom. ad Pietatem Marianam Græcorum confidenter aſſerit, divini Officij ordinem, quo Græca Eccleſia in pręſens utitur, ipſiſsimum eſſe, quem a ſanctiſsimis viris Euthymio, Theoctiſto, & Charitone, ac alijs antiquioribus per traditionem acceptum, Sabbas, Sophronius, & Damaſcenus ſcripto corroborarunt, & in methodum ſatis firmam, certamqué redegerunt, cum ante ipſos potius bonę utentium voluntati permitteretur; imo vero pleraque Gręcorum Officiorum Cantica, quæ nimirum nullo auctoris ſui nomine inſignita deprehenduntur, ab ijſdem compoſita fuiſſe cenſeri oportere. Quæ non adeo mihi comperta videntur, nam altum de his ſilentium in antiquis monumentis; & in Menęis, ubi Charitonis die XXVIII. Septembris, Euthymij

die

die xx. Januarij, Theoctiſti die III. Septembris, Sophronij die XI. Martij, Damaſceni die XXIX. Novembris, & IV. Decembris vitæ deſcribuntur, nec unum de hac re verbum. Symeonis autem Theſſalonicenſis, qui dumtaxat circa medietatem Sæculi XV. floruit, non tanti ponderis eſſe debet narratio, ut in re antiquiſsima, quæ Scriptoris ætatem mille circiter annis præceſſerit, firma ei fides habeatur. Quidquid vero ſit de duodecim Menæorum tomis, de quibus tantum loquitur Vagnerechius [nam de ipſis nos quoque, Deo juvante, ſuo loco] certum habeo, Officia Quadrageſimalia, quæ hoc priore Volumine exhibeo, nihil commune cum Charitone, Theoctiſto, Euthymio, Sabba, atque Sophronio habere, quippe Cantica omnia, quæ in ijs continentur, Auctorum, qui nonniſi Sæculis VIII. & IX. ſcripſerunt, nomina præſeferunt, cum tamen Charito Sæc. IV. Theoctiſtus, Euthymius, & Sabbas Sæc. V., Sophronius vero ſub initium Sæc. VII. claruerint. Nec horum Officiorum Quadrageſimalium ſeu auctor, ſeu deſcriptor haberi poteſt Damaſcenus, cujus nomen licet quibuſdam eorumdem Canticis inſcribatur, id tamen ſatis infrequens eſt, & reliqua fere omnia auctoribus, qui Damaſceni ætatem ſubſecuti ſunt, ibi adjudicantur, quemadmodum Diatriba ſecunda demonſtrabit.

Leo Allatius Diſſertationem I. De Libris Eccleſiaſticis Græcorum a Typico exorditur. *In eo*, inquit, *a primo die anni ſingulis diebus, quid inter Miſsarum ſollemnia, quid ad Veſperas, quid ad Horas, quid ad Matutinum, quid denique ad reliqua divina Officia, ſive dies illi feriales ſunt, ſive feſti, recitandum, quid pſallendum, aut legendum ſit, quibus diebus jejunandum, quibus, & quomodo ſolvendum jejunium, verbis clariſſimis, ac facillima methodo præſcribitur, variiſque eſt diſtinctum pro materiæ varietate capitibus*. Typici hiſtoriam, illiuſque pro tempore mutationem verbis ſuperius exſcriptis Symeonis Theſſalonicenſis proſequitur. Dein adnotat varia fuiſſe Eccleſiarum Typica, quę proprio nomine Κτητορικὰ appellantur, a Monaſteriorum Conditoribus, & Inſtitutoribus exarata, quibus poſteriores Eccleſiarum præfecti multa addiderint, vel detraxerint pro arbitrio, & temporis neceſſitate. Ejuſcemodi eſſe tradit, quæ in Bibliotheca Barberina habentur manuſcripta ſub num. 75. & 76. alterum Civitatis Bovenſis ſcriptum a Georgio Conſtantinopolitano, alterum Monaſterij Caſulorum ab Hierotheo Monacho exaratum, & tertium Byzantij Studiorum; idque titulo Typici ex antiquiſſimo deſcripti, & ab Antonio Arcudio Romam miſſi, ac modo in eadem Bibliotheca Barberina cenſervati ſtabiliri,

biliri, qui ita ſe habet. Τυπικὸν σὺν Θεῷ τοῦ ὅλου χρόνου ἔχων τὴν Ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν ἁπασῶν τῶν τε δεσποτικῶν ἑορτῶν, καὶ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, τῶν ἐπισήμων Ἁγίων, καὶ ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἁγίων Πατέρων τοῦ τε ἁγίου Σάββα, καὶ τοῦ Στουδίτου, καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ ἁγίου ὄρους. οὐμὴν δὲ ἀλλὰ καὶ μέρος τῆς παραδόσεως τοῦ ὁσιωτάτου Πατρὸς ἡμῶν Ἰωσὴφ τοῦ κτίτορος τῆς ἁγίας μονῆς τοῦ ἁγίου Νικολάου τῶν Κασούλων. *Typicum, cum Deo, totius anni continens Eccleſiaſticam conſtitutionem omnium berilium feſtorum, & ſanctiſſimæ Deiparæ, & celebrium Sanctorum, & totius anni ſecundum traditionem ſancti Sabbæ, Studitæ, & potiſſimam partem ſancti Montis, nec non partem traditionis ſanctiſſimi Patris noſtri Joſephi Conditoris ſancti Monaſterij divini Nicolai Caſulorum.* Quæ hic dicitur *Traditio S. Sabbæ*, minime neceſſe eſt, ut certa norma recitandi Officij ab ipſo Archimandrita Monachis ſuis præſcripta intelligatur, nam ijs vocibus ſatis bene deſignari poteſt norma, quę in Cœnobio Hieroſolymitico ſancti Sabbę nuncupato obtinebat, licet in illud diu poſt mortem Fundatoris invecta; quemadmodum ibidem dicitur *Traditio Studitæ, & Montis ſancti*, nimirum ordo, qui in Monaſterijs Studij, & Montis ſanctis ſervabatur. Conſonat huic interpretationi titulus Typici ſancti Sabbę, qui hujuſmodi eſt: Τυπικὸν τῆς Ἐκκλησιαστικῆς παραδόσεως, καὶ ἀκολουθίας τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἁγίας Λαύρας τοῦ ὁσίου, καὶ Θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν Σάββα

τῦ ἡγιασμένου. *Typicum Eccleſiaſticæ Traditionis, & Officij ſanctæ Lauræ Hieroſolymiticæ beati, & divini Patris noſtri ſancti Sabæ*; eademque confirmatur ejuſdem Typici verbis, ubi dicitur, Ταῦτα πάντα Πατέρες, καὶ ἀδελφοὶ, οὐχ᾽ ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχεν, ἐτέθησαν παρ᾽ ἡμῖν, ὡς ἂν τις οἰηθῇ, ἀλλὰ διαφόροις ἐντυχόντες τυπικοῖς τὴν πραγματείαν τοῦ λόγου. *Hæc omnia Patres, & fratres, non ſimpliciter, & ut caſus ſe obtulit a nobis appoſita ſunt, ut quiſpiam exiſtimabit; ſed varijs Typicis perlectis, rem ita &c.* Hęc enim non primum Typici Scriptorem, cujuſmodi fuiſſe fertur ſanctus Sabbas, ſed compilatorem aperte deſignant, qui videlicet ex pluribus Typicis jam exaratis unicum conflaverit. Ea Typica ſæpiſsime ab ipſo compilatore commemorantur, dum paſsim ſcribit, in alio Typico aliter, atque aliter rem ordinari. Verum cum eodem Allatio advertere debemus aliud eſſe Typicum Τυπικὸν, aliud Typica Τυπικὰ, quamvis ab aliquibus hæc cum illo confundantur. Typicorum enim, quibus nihil commune eſt cum Typico, duo ſunt genera, alterum quod in matutinis Precibus, dum Vigiliæ peraguntur, recitari, aut cani ſolet; vigiliæ autem nonniſi ἐν ταῖς δεσποτικαῖς ἑορταῖς, Feſtis nempe Chriſto Domino, & beatæ Virgini dicatis fiunt. In his celebritatibus Typica dicuntur, quæ nihil aliud ſunt, quam verſuum ex pſalmis hinc

inde

inde congeſtorum , & ad ſolemnitatis arcana exponenda aptiorum ecloga . Alterum Typicorum genus eſt, quæ inter Miſsarum ſolemnia diebus etſi non omnibus dicuntur , & ſunt πρῶτα, καὶ δεύτερα *prima* , *& ſecunda* videlicet Pſalmus CII. CXLV.

Quamvis vero Allatius in laudata Diſſertat. 1. De Libris Eccleſiaſticis Typici hiſtoriam ſuperius adductis Symeonis Theſſalonicenſis verbis enarrans, aſſertæ ab hoc illius antiquitati adſtipulari videatur , eidem tamen palam refragatur in Tractatu de Libris Apocryphis, ubi de Damaſceni Operibus; ita ſcribens: *Typicon , quod ſub Sabæ nomine proſtat, Damaſceni non eſt, & multo minus Sabæ , aut Theodori Studitæ , quando huic quoque in aliquibus manu exaratis Codicibus inſcriptum vidi . Qui enim fieri potuit , ut quod poſterioribus temporibus deperditum , vel depravatum , a tot tantiſque Patribus etiam poſt Damaſcenum ſæpius inſtauratum , renovatum , immutatum , & auctum , a Saba , vel Damaſceno compilatum ſit ? Quomodo enim illi Patres præſcribere potuerunt ea Sanctorum , qui poſt illos in Eccleſia floruerunt , Officia ?*

De Menæorum , ſeu Menologiorum , quibus Sanctorum Officia continentur , antiquitate , erit alibi diſſerendi locus: hic tantum pro coronide hujus Diatribæ adnotamus . Quod quemadmodum

modum ea merito Allatius a Saba , a Theodoro , & a Damaſceno abjudicat , potiori jure a Theoctiſto , de quo ſuperius , abjudicanda eſt pars eorumdem , quam exhibet Codex XII. Bibliothecæ Vindobonenſis ex Lambecio lib. VIII. pag. 48. 49. , nempe Canones , ſive Cantica ſacra in Sanctos totius Menſis Aprilis . Theoctiſtus , qui in ejus Codicis clauſula ſe prodit hac nota , Θεοῦ τὸ δῶρον , καὶ Θεοκτίστου πόνος. Κἀνταῦθα δόξα τῇ σεβαστῇ Τριάδι. *Dei hoc donum , & Theoctiſti labor . Hic quoque gloria veneranda Trinitati* , alius omnino eſſe debet , quam Theoctiſtus ille a Symeone Theſſalonicenſi inter primos Typici auctores relatus , ſancto Euthymio nimirum Archimandritæ , qui floruit in Palæſtina dimidio ſæculo V. familiariſsimus , cum inter Sanctos in eo menſe recenſitos multi occurrant , qui longe poſt Theoctiſti ætatem vixerunt , videlicet Eutychius Patriarcha Conſtantiuopolitanus , Martinus Papa Romanus , Joannes diſcipulus Gregorij Decapolitæ , Theodorus Sicæota . Quare Lambecij conjecturæ de ætate Theoctiſti , Codicis illius , ut clauſula quidem demonſtrat , ſeu auctoris , ſeu collectoris , ſeu deſcriptoris , minime ſubſcribo , & quemadmodum Officia ſaltem Quadrageſimalia , quibus in præſentia Græci utuntur , diu poſt priſci illius Theoctiſti tempora collecta fuiſſe ſuperius

tra-

tradidi, idem cenſeo de reliquorum Officiorum parte illa, quam laudatus Codex Vindobonenſis complectitur. At, ut dixi, de Menæis, eorumque antiquitate ſuo loco diſſeretur.

DIATRIBA SECUNDA.

De Hymnis Quadrageſimalibus Græcorum, eorumque Authoribus.

QUEMADMODUM ab ultima Eccleſiæ antiquitate divinorum Officiorum originem apud Græcos repetendam eſſe, ſuperiore Diatriba palam demonſtravimus, ita facile patebit, de ſacrorum Hymnorum cantu idem ferendum eſſe judicium, quos nimirum certo conſtat, omni tempore inter Eccleſiaſticas Orientalium Preces locum in primis ſibi vindicaſſe. Chriſtum Dominum, antequam in montem Olivarum profecturus e cœnaculo exiret, hymnos cum Apoſtolis recitaſſe, Evangelica fidem facit hiſtoria Matthæi cap. XXVI. 30. Mar-

ci

ci cap. XIV. 26. Καὶ ὑμνήσαντες ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν. Paulus in Epiſtola ad Epheſios cap. v. 19. & ad Coloſſenſes cap. III. 16. earum Urbium Chriſtianos hortatur, ut ſemetipſos edocerent, atque commonerent ψάλμοις, καὶ ὕμνοις, καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς, *pſalmis, & hymnis, & odis ſpiritualibus.* Celebres Philonis Therapeutæ, quos Chriſtianos vere fuiſſe non deſunt Viri eruditi, qui ſibi, alijſque perſuadeant, hymnos, & cantica in honorem Dei vario metrorum genere a ſemetipſis compoſita, ut idem tradit in libro de Vita Contemplativa, inter divinas laudes uſurpabant, οὐ θεωροῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ποιοῦσιν ᾄσματα, καὶ ὕμνους εἰς τὸν Θεὸν διὰ παντοίων μέτρων, καὶ μελῶν, ῥυθμοῖς σεμνοτέροις ἀναγκαίως χαράσσοντες. Summam culpæ, vel erroris Chriſtianorum hanc fuiſſe Plinius ad Trajanum Imperatorem Epiſt. XCVII. l. x. ex Aſia ſcribebat, affirmantibus ijs ipſis, qui Chriſtianam fidem ſemel ſuſceptam poſtmodum ejuraverant, *quod eſſent ſoliti ſtato die ante lucem convenire, carmenque Chriſto, quaſi Deo, dicere ſecum invicem.* Lucianus, vel quiſquis ſit Dialogi, qui Philopatris mors inſcribitur, conditor, Chriſtianos conviciatur ad hymnos tota nocte decantandos vigilantes ἐπὶ παννύχους ὑμνῳδίας ἀγρυπνοῦντες. Præter antiquiorum Patrum monumenta, pſalmis quoque, & hymnis a fidelibus compoſitis vetuſtiſſimus Auctor in libro adverſus Artemonis hæ-

reſem,

reſem, ab Euſebio Hiſtoriæ Eccleſ. l. v. cap. xxviii. memoratus, Chriſti divinitatem comprobari edocebat. Ψαλμοὶ δὲ ὅσοι, καὶ ᾠδαὶ ἀδελφῶν ἀπαρχῆς ὑπὸ πιστῶν γραφεῖσαι τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ τὸν Χριστὸν ὑμνοῦσι θεολογοῦντες: cujuſmodi hymnus in honorem Jeſu Chriſti a Clemente Alexandrino compoſitus extat ad finem ejus librorum, qui Pædagogus inſcribuntur. Teſte eodem Euſebio Hiſtor. Eccleſ. l. vii. cap. xxiv. Dionyſius Alexandrinus in libro ii. de Promiſſionibus Nepotem Epiſcopum Ægypti, cujus errorem de Millenario Chriſti regno acriter redarguendum aſſumpſerat, ob pſalmos tamen, & hymnos ab ipſo, ut interpretatur Chriſtophorſonus, compoſitos commendabat, quibus nimirum plerique ex fratribus magnopere delectabantur. Ἐν ἄλλοις μὲν πολλοῖς ἀποδέχομαι, καὶ ἀγαπῶ Νέπωτα τῆς τε πίστεως, καὶ τῆς φιλοπονίας, καὶ τῆς ἐν ταῖς γραφαῖς διατριβῆς, καὶ τῆς πολλῆς ψαλμῳδίας, ᾗ μέχρι νῦν πολλοὶ τῶν ἀδελφῶν εὐθυμοῦνται. Porro conſuetudo hæc, ut multi pſalmos, ſeu hymnos in honorem Chriſti componerent, eoſque in Eccleſia cantari curarent, adeo invaluerat, ut Laodicæni Concilij decreto privatorum hominum audaciam coerceri opus fuerit, qui eo ſcriptionis genere abſona multa, & quandoque etiam hæretica fidelibus divinas laudes decantantibus propinarent; quare ejuſdem Synodi Canon lix. vetat in Eccleſia legi

libros non canonicos , & privatos, ſeu plebejos pſalmos , ὅτι ὐ δεῖ ἰδιωτικοὺς ψαλμοὺς λέγεσθαι ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, οὐδὲ ἀκανόνιστα βιβλία.

Laodicęno Canoni anſam forte præbuerat Apollinarius Laodicææ non tamen Phrygiæ, ubi habitum eſt Concilium , ſed Syriæ Epiſcopus , quem ante Laodicęnam Synodum floruiſſe conſtabit , ſi hujus Epocham , uti veroſimilius ex Diſciplinæ Canonibus ibidem ſtatutis conjicere licet , nequaquam ante Nicænæ Synodi tempora , ſed ſub finem Sæculi IV. ſtatuamus . Ille in hęreſim jam delapſus , cum præter reliquam eruditionem, Poetices quoque, & omnis generis carminum gnarus admodum eſſet, aſſeclis ſuis ſeparatim conventus ſuos agentibus ſub Epiſcopis ſuæ ſectæ , & ritus a Catholica Eccleſia alienos adhibentibus , cantica quædam præter ſacros hymnos , qui in Eccleſia cani ſolebant, pſallenda inſtituit, quæ præterea viri in convivijs , & dum opus facerent, mulieres vero inter texendum uſurparent , nam brevia quædam compoſuerat carmina pro labore , atque otio, pro diebus feſtis , & reliquis omnibus , ad laudem quidem divini Numinis ſpectantia , quę tamen ejuſmodi oblectamento ſuis erroribus lenocinarentur . Hæc refert Sozomenus Hiſtor. Eccleſ. l. VI cap. XXV. Ἐκ τούτου δὲ καὶ ἐν ἄλλαις πόλεσι χωρὶς ἐκκλησίαζον ὑπὸ ἐπισκόποις ἰδίοις,

καὶ

καὶ θεσμοῖς ἐχρῶντο ἀλλοτρίοις τῆς Καθολικῆς Ἐκκλησίας, παρὰ τὰς νενομισμένας ἱερὰς ᾠδὰς, ἔμμετρά τινα μελύδρια ψάλλοντες, παρ' αὐτοῦ Ἀπολιναρίου εὑρημένα. πρὸς γὰρ τῇ ἄλλῃ παιδεύσει καὶ ποιητικὸς ὢν, καὶ παντοδαπῶν μέτρων εἰδήμων, καὶ τοῖς ἐντεῦθεν ἡδύσμασι τοὺς πολλοὺς ἔπειθεν αὐτῷ προσέχειν. ἄνδρες δὲ παρὰ τοὺς πότους, καὶ ἐν ἔργοις, καὶ γυναῖκες παρὰ τοὺς ἱστοὺς τὰ αὐτοῦ μέλη ἔψαλλον. σπουδῆς γὰρ, καὶ αἰνέσεως, καὶ ἑορτῶν, καὶ τῶν ἄλλων, πρὸς τὸν ἑκάστου καιρὸν εἰδύλλια αὐτῷ πεπόνητο, πάντα εἰς εὐλογίαν Θεοῦ τείνοντα. Apollinarius hic minime confundendus eſt, quod aliqui faciunt, cum ſeniore Apollinario ejus Patre, quem pariter idem Sozom. l. v. cap. XVIII. teſtatur, in Chriſtiana poeſi exercitatiſſimum fuiſſe, adeo ut, cum Julianus Imperator Chriſtianos Græcorum diſciplinis inſtitui vetuiſſet, ipſe ſumptis ex ſacra Scriptura argumentis Homerum, Menandrum, Euripidem, Pindarum imitatus fuerit, brevi tempore paria cum illis componens, ἐπονόντων ἰσαρίθμους, καὶ ἰσοδυνάμους πραγματείας, ἤθει τε, καὶ φράσει, καὶ χαρακτῆρι, καὶ οἰκονομίᾳ ὁμοίᾳ τοῖς παρ' Ἕλλησιν ἐν τούτοις εὐδοκιμήμασιν. Hoc audaciæ genere Apollinario Laodiceno prȩluſerat Paulus Samoſatenus, quem Synodi Antiochenæ Patres apud Euſeb. Hiſtor. Eccleſ. l. VII. cap. XXX. eo amentiæ deveniſſe tradunt, ut abolitis pſalmis in honorem Chriſti cani ſolitis quaſi novellis, alios quoſdam magno Paſchæ die in medio Eccleſiæ ad ſui ipſius laudem a mulieribus cani inſtituerit, quod audientibus

horrorem merito incuteret. Ψαλμοὺς δὲ τοὺς μὲν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν παύσας ὡς δὴ νεωτέρους, καὶ νεωτέρων ἀνδρῶν συγγράμματα, εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐν μέσῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ τῇ μεγάλῃ τοῦ Πάσχα ἡμέρᾳ ψαλμῳδεῖν γυναῖκας παρασκευάζων, ὧν καὶ ἀκούσας ἄν τις φρίξειεν. Nec minorem horrorem incutere debet æque exſecrandum Arianorum facinus, cujus meminit Socrates Hiſtor. Eccleſ. l. VI. cap. VIII. Hi ſiquidem Conſtantinopoli, dum ejus Urbis Epiſcopatum gereret Joannes Chryſoſtomus, hymnos, quos Eccleſia in Dei, Chriſtique laudem frequentabat, in divinæ Trinitatis opprobrium detorquere auſi, ſeu novos apte ad Arianam hæreſim compoſitos comminiſci, eos alternatim ſibi reſpondentes canebant, contumelioſis verbis Catholicos conſubſtantialitatis aſſertores laceſſentes. Οἱ ἀρειανίζοντες, ὥσπερ ἔφημεν, ἔξω τῆς πόλεως τὰς συναγωγὰς ἐποιοῦντο. ἡνίκα οὖν ἑκάστης ἑβδομάδος ἑορταὶ κατελάμβανον, φημὶ δὲ τό τε Σάββατον, καὶ ἡ Κυριακὴ, ἐν αἷς αἱ συνάξεις κατὰ τὰς Ἐκκλησίας εἰώθασι γίνεσθαι, αὐτοὶ ἐντὸς τῶν τῆς πόλεως πυλῶν περὶ τὰς στοὰς ἀθροιζόμενοι, καὶ ᾠδὰς ἀντιφώνους πρὸς τὴν Ἀρειανὴν δόξαν συντιθέντες ᾖδον, καὶ τοῦτο ἐποίουν κατὰ τὸ πλεῖστον μέρος τῆς νυκτός. ὑπὸ δὲ ὄρθρον τὰ τοιαῦτα ἀντίφωνα λέγοντες, διὰ μέσης τῆς πόλεως ἐξῄεσαν τῶν πυλῶν, καὶ τοὺς τόπους, ἔνθα συνῆγον, κατελάμβανον : : : : ἐρεθισμοὺς κατὰ τῶν τὸ ὁμοούσιον φρονούντων λέγοντες οὐκ ἐπαύοντο, πολλάκις γὰρ καὶ τοιαύτην ᾠδὴν ἔλεγον, ποῦ εἰσὶν οἱ λέγοντες, τὰ τρία μίαν δύναμιν; Veritus autem Joannes Epiſcopus, ne hujuſmodi

di

di cantica ſimplicioribus fraudi eſſent, quoſdam ex Catholica plebe Arianis oppoſuit, qui nocturnos perinde hymnos decantando, & hæreticorum circa hæc ſtudium obſcurarent, & ſuos in profeſſione rectæ fidei confirmarent, unde ab eodem Socrate ad præcedentis capitis calcem primus precationes, quæ in nocturnis hymnis fieri ſolent, amplificaſſe dicitur, *ηὔξησε δὲ πρῶτος ϗ τὰς περὶ τοὺς νυκτερινοὺς ὕμνους εὐχάς*. Paria habet Sozom. Hiſt. Eccleſ. l. VIII. cap. VIII.

Hæc omnia manifeſte comprobant, morem inter Eccleſiaſticas preces hymnos decantandi antiquiſſimum apud Græcos fuiſſe; at quinam primis illis temporibus eſſent hujuſcemodi hymni, quibuſue authoribus conſcripti, cum Veteres minime prodant, pro incomperto habemus: adeo ut cum Latinis obvium ſit pervetuſtos eorum, quibus ipſi in divinis Officijs utuntur, hymnorum auctores indicare, nimirum Hilarium, Ambroſium, Gregorium Papam, Fortunatum, Sedulium, Juvencum, Prudentium, id Græcis de ſuis minime liceat, quibus etſi nequaquam defuerint Scriptores Chriſtianæ Poeſeos laude illuſtres, parem cum Latinis illis antiquitatem præferentes, videlicet Gregorius Nazianzenus, Eudocia, Nonnus, Syneſius, alijque, attamen horum carmina ullo unquam tempore Eccleſiaſticis precibus inſerta fuiſſe,

Ve-

Veterum, quo id demonſtretur, teſtimonium haud ſuppetit; imo vero certo conſtat, Hymnographos, quos non edita modo Græcorum Officiorum exemplaria, ſed antiquiores Manuſcripti Codices repræſentant, nonniſi poſt ſeptimum ſæculum pleroſque omnes florere cœpiſſe, ut mox, quod ad Triodium, edocebo, poſtquam nonnulla de eorum hymnorum, quibus ſcilicet Græci modo utuntur, genere, & proprietatibus præfatus fuero.

Sacri Græcorum hymni ex Odis componuntur ſeu novem, ſeu quatuor, ſeu tribus, ſeu quandoque etiam duobus tantum, & ex ea numeri varietate diverſum quoque nomen ſortiuntur; Canon enim dicitur hymnus, qui novem, Tetraodium, qui quatuor, Triodium, qui tribus, Diodium, qui duabus Odis conſtat. Singulis Hirmus præfigitur, veluti regula cantus, & præterea in hymni fronte certus tonus notatur. Odæ ex pluribus coaleſcunt Troparijs, quorum poſtrema plerumque Trinitatis, & Deiparæ laudes continent, indeque Triadica, & Theotocia nuncupantur. Primæ Tropariorum literæ in unum conjunctæ Acroſtichiden haud raro effingunt. Omnibus hiſce vocabulis operæ pretium eſt explicationem adjicere, cui non parum conducet Commentarius Joannis Zonaræ in Anaſtaſimos Canones Joannis Damaſceni ex Bi-

Bibliotheca Bavarica a Gretſero lib. v. Tomi III. de Cruce in Proœmio laudatus.

Hymnus igitur in novem Odas diviſus Canon dicitur, propterea quod, ut ait Zonaras, certos prçfinitoſque modulos habeat, & numeros novem Odis incluſos: Κανὼν λέγεται, ὅτι ὡρισμένον, καὶ πεπυπωμένον ἔχει τὸ ἔμμετρον, ἐννέα ᾠδαῖς συντελούμενον. Hujus numeri rationem nimia utique diligentia idem his verbis ediſſerit: Ἐννέα δὲ εἰσὶν αἱ ᾠδαὶ, ὅτι τῆς ἐν οὐρανοῖς ἱεραρχίας, καὶ ὑμνωδείας εἰκόνες εἰσίν. κατὰ γὰρ τὸν μέγαν ἱερομάρτυρα Διονύσιον τὸν Ἀρεοπαγείτην, ἐννέα τάγματα ἡμῖν ἐγνώσθησαν τῶν Ἀγγέλων, καὶ τὰ ἐνταῦθα δὲ τῶν ὀρθοδόξων συστημάτων εἰς ἐννέα τις εὑρήσει ἀπαριθμούμενα. εἰσὶ δὲ ταῦτα Ἀρχιερεῖς, Ἱερεῖς, Διάκονοι, καὶ Διακονίσσαι, μεθ' οὓς Ὑποδιάκονοι, Ψαλταὶ, καὶ Ἀναγνῶσται, εἶτα Μοναχοὶ, καὶ λαϊκοί. Καὶ ἄλλως δὲ εἰσὶν ἐννέα ᾠδαὶ διὰ τὸ εἰς τύπον εἶναι τῆς ἁγίας Τριάδος συμβολικῶς, καὶ εἰς τιμὴν αὐτῆς ὁρισθῆναι παρὰ τῶν πατέρων ἀνέκαθεν. οἱ γὰρ ἀριθμητικοὶ τοὺς ἀριθμοὺς πάντας εἰς ἀρτίους διαιροῦσιν, καὶ περιττοὺς, ἀρτίους μὲν καλοῦντες, τοὺς εἰς δύο μοίρας διαιρεθῆναι ἰσομερὲς μέχρι μονάδος κατιόντας, περιττοὺς δὲ τοὺς εἰς δύο τοιαύτας μοίρας διαιρεῖσθαι μὴ πεφυκότας. ὑποδιαιροῦντες δ' αὖθις τοὺς περιττοὺς, καὶ τοὺς μὲν πρώτους, τοὺς δὲ μέσους, τοὺς δὲ συνθέτους τέκατονομαθοὺς, μέσοι εἰσὶν οἱ μήτε μονάδι, μηδὲ δυσὶν, ἢ πλείοσιν ἀριθμούμενοι ἀριθμοῖς, ἀλλ' ἑνὶ μόνῳ ἀριθμῷ. ὅγδοος ἔννατος τῶν μέσων ἐστὶ, ὡς ἑνὶ μόνῳ μετρούμενος ἀριθμῷ. μόνης γὰρ τριάδος συνίσταται. τρισάκις γὰρ τὰ τρία εἰπὼν τὸν ἔννατον ἂν συνάξεις ἀριθμὸν, καὶ δι' αὐτῆς συνιστάμε-

νον,

τον, εἰς τὸν ὕμνον τῆς ἁγίας τριάδος τοῦτον ἀπέταξαν. *Sunt autem Odæ novem, quia cœleſtis hierarchiæ, & hymnodiæ imaginem præferunt. Ex doctrina namque magni ſacri Martyris Dionyſij Areopagitæ novem ſunt Angelorum ordines, quem numerum etiam in hujus vitæ cœtu fidelium reperire licet; ſunt enim Epiſcopi, Sacerdotes, Diaconi, & Diaconiſſæ, poſt iſtos, Subdiaconi, Pſaltæ, ſeu Cantores, Lectores, deinde Monachi, & Laici. Aliam quoque ob cauſam novem Odæ conſtituuntur, nimirum ut ſanctiſſimam Trinitatem ſymbolice repræſentent, in cujus honorem jam olim hoc numero definitæ ſunt; nam Arithmetici dividunt omnes numeros in pares, & impares, pares vocant illos, qui in duas partes æqualiter uſque ad unitatem dividi poſſunt, impares vero, qui in duas hujuſmodi partes dividi nequeunt. Subdividentes vero impares, alios vocant primos, alios medios, alios compoſitos; medij ſunt, qui neque unitate, neque binario, vel majoribus numeris, ſed uno ſolo numerantur. Novenarius igitur ex medijs eſt, quippe cujus unus dumtaxat numerus menſura ſit, ex ſolo enim ternario componitur. Nam ſi ter tria dicas, utique novenarium numerum conficies, quem huic hymno deſtinarunt, tamquam triplici unitate conſtantem, & ex tali trinitate conflatum*. Deinde cur ex novem Odis ſecunda Canonibus deſit, hanc cauſam Zonaras aſſignat: Παραλιμπάνεται δὲ ἡ δευτέρα, ὅτι

ὅτι οὐχ᾽ ὕμνος ἐστὶ πρὸς Θεὸν, ἀλλὰ προμαρτυρία πρὸς Ἰουδαίους, καὶ ἀπειλὴ, καὶ ἔλεγχος τῆς πονηρίας αὐτῶν, καὶ τῶν μελλόντων αὐτοὺς καταλήψεσθαι κακῶν προαγόρευσις. *Omittitur autem Oda ſecunda, quia non eſt hymnus ad Deum, ſed compellatio Judæorum, & comminatio, & nequitiæ eorum redargutio, malorumque, quæ eis ſuperventura erant, prædictio.* Odȩ etymologiam ita proſequitur: Ὠδὴ δὲ λέγεται ὡς προκήρυξις τῶν ἐπαχθησομένων κακῶν τοῖς Ἰσραηλίταις διὰ τὴν πονηρίαν αὐτῶν, καὶ κακίαν, καὶ τῶν περιπαθῶν σφόδρα συμφορῶν προαγόρευσις, ἃ τραγῳδίαν ποιοῦσιν:: Ἐν τοῦτο ἐκλήθη ᾠδὴ, ὅτι περιπαθῶς, καὶ θρηνωδῶς ὀφείλουσι γίνεσθαι, καὶ ἐκ συντετριμμένης καρδίας. *Dicitur Oda, quia eſt prænunciatio graviſſimarum cladium, in quas ob improbitatem Iſraelitæ incurſuri erant, & præmonitio triſtiſſimarum, & plane tragicarum calamitatum:: Indè nomen accepit Oda, quia inſtitui debet affectuoſe, flebiliter, & corde contrito.*

His Zonaræ verbis, quȩſtionibus propoſitis tenebras quodãmodo offundentibus, lucem aliunde deducit Jacobus Goarus Euchologij pag.435. Cum ſoleant, quemadmodum Vir doctiſſimus obſervavit, novem Scripturæ ſacræ Cantica ſecundum ordinem, & Ferias in Laudibus Græci recitare; Primum quidem Dominica, & Feria II. τὸ, Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ, ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται, *Cantemus Domino, glorioſe enim glorificatus eſt*; Secundum, de quo hic ſermo, τὸ, Πρόσεχε οὐρανὲ,

 καὶ

καὶ λαλήσω , *Attende cœlum , & loquar* , Feria III. Tertium, Ἐστερεώθη ἡ καρδία μου ἐν Κυρίῳ, *Confirmatum eſt cor meum in Domino* , Feria IV. Quartum, Κύριε, εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, *Domine audivi auditum tuum* Feria V. Quintum, ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου πρὸς σὲ ὁ Θεός *Spiritus meus ad te de luce vigilat*, Feria VI Sabbato vero ſextum Ἐβόησα ἐν θλίψει μου πρὸς Κύριον, *In tribulatione mea ad Dominum clamavi*, & ſeptimum Εὐλογητὸς εἶ , Κύριε , τῶν Πατέρων ἡμῶν *Benedictus es , Domine , Patrum noſtrorum*. Reliqua duo tandem alio tempore perſolvunt. Secundum autem illorum. Πρόσεχε οὐρανὲ , καὶ λαλήσω *Attende cœlum , & loquar* , quia correptionibus,& minis in pervicaces, & perduelles Hebręos tonat, omiſſum idcirco toto anni decurſu , ſolo Quadrageſimæ magnæ tempore lugubri uſurpatur , quo comminationibus , & triſtis augurij vocibus peccatores terret Eccleſia . Ita Horologij typus : Ἰστέον ὅτι ἡ δευτέρα Ὠδὴ οὐδέποτε στιχολογεῖται, εἰ μὴ ἐν μόνῃ τῇ μεγάλῃ Τεσσαρακοστῇ κατὰ τὴν τάξιν. *Sciendum , quod ſecunda Oda nunquam per verſus recitatur , niſi Quadrageſimæ magnæ Pertijs ferijs*. Jam vero, concludit Goarus,quoniam Canon quilibet ob novenarium ſcripturæ canticorum numerum novem quoque Odis reperitur conflatum , cum ſecundum , expoſito tempore dimittatur , hac quoque de cauſa Canonis Odam ſecundam intercidere , ſive omitti neceſſe eſt .

Hir-

Hirmi vero, & Troparij etymologias clarius, & ſolidius exponit Zonaras his verbis; Εἱρμὸς δὲ λέγεται ὡς ἀκο-λουθίαν τινὰ, καὶ τάξιν μέλους, καὶ ἁρμονίας διδοὺς τοῖς μετ' τὸν τροπαρίοις. πρὸς γὰρ τὸ τῶν εἱρμῶν μέλος κἀκεῖνα ῥυθμίζονται, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀναφερόμενα ἁρμόζονταί τε, καὶ ψάλλονται, καὶ τῇ ἁρμονίᾳ τοῦ μελῳδήματος ἐκείνου ἀκολουθοῦσιν, ἢ ὅτι συνείρει, καὶ συμπλέκει ἑαυτῷ κατὰ τὸ μέλος ὁ εἱρμὸς τὸ τροπάριον. τροπάρια δὲ λέγονται ὡς πρὸς τοὺς εἱρμοὺς τρεπόμενα, καὶ τὴν ἀναφορὰν τοῦ μέλους πρὸς ἐκείνους ποιούμενα, ἢ καὶ ὡς τρέποντα τὴν φωνὴν τῶν ᾀδόντων πρὸς τὸ μέλος, καὶ τὸν ῥυθμὸν τῶν εἱρμῶν. εἰ μὴ γὰρ πρὸς ἐκείνους ὁ τῶν αὐτὰ ψαλλόντων φθόγγος εὐθύνοιτο, οὐκ εὔρυθμον ἔσται τὸ μέλος οὐδὲ ἐναρμόνιον, οὐδὲ μέλος ἂν λέγοιτο, ἀλλ' ἀπηχὲς, καὶ ἀνάρμοστον, καὶ ἄῤῥυθμον φώνημα. *Hirmus appellatur, quod ſeriem quandam, & connexionem, & ordinem cantus, & conſonantiæ tribuat conſequentibus poſt ſe Tropariјs. Nam ad cantum Hirmorum conformantur, & attemperantur etiam Troparia, & decantantur non ſine relatione ad Hirmos, quorum itidem melodiam, ſonumque imitantur. Vel inde Hirmus nomen habet, quod contrahat, & connectat ſibi in melodia, & cantu Troparium. Troparia dicuntur, quod ad Hirmos vertantur, cantuſque eoſdem referant, & imitentur; vertunt enim vocem cantorum ad melodiam, & concentum Hirmorum. Niſi enim ſonus eorum, qui Troparia decantant, dirigatur ad Hirmos, cantus non erit conſonus, recteque modulatus, nec melodia dici poterit, ſed abſonus quidam,*

dam,

dam , inconcinnus , & ineptus clamor . Erit itaque Hirmus canon modulationis , ſeu regula cantus in alijs poſtea Troparijs concinendis ſervanda , ac proinde nulla ratione confundendus, quod aliqui fecerunt, cum Latinę Eccleſiæ Tractu , nam hęc vox longe aliud ſignificat, quam Hirmus apud Gręcos , ut monet laudato loco Gretſerus , & ex eo Allatius in Diſſert. 1. de libris Eccleſ. Græcor. pag. 99. *Tractus enim* [inquit] *a trahendo dictus eſt , eo quod tractim cantetur . Nec quæ poſtmodum ſubſequuntur , ad illius Muſices normam concinuntur . Sed quid hoc ad Hirmum , qui canon , & regula eſt modulationis ſubſequentium Tropariorum* ? Poterit tamen Hirmus *Tractus* dici , eo ſenſu , quo vocem hanc interpretatur laudatus Goarus Euchol. pag. 434. quod ſcilicet Hirmus ſequentes modulos ad ſuam muſicam inflexionem trahat , namque cum libros notis muſicis exaratos, inter cantandum rariſſime conſpiciant , vel etiam habeant Græci, communes ideo & verbis , & cantu memoriæ tenaciter infigunt hymnos , ad quorum normam alios pari ſyllabarum numero conſtantes cantando inflectunt; quamobrem eorum primordia canticis alijs inſcribunt , ut ad eorum regulam ſequentium modulatio dirigatur . Hirmos ejuſmodi notis etiam muſicalibus a Joſaphate Cucuzele digeſtos habes in Bibliotheca

Bar-

Digitized by Google

Barberina ſub hoc titulo: Εἱρμολόγιον τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ, καθὼς ψάλλεται εἰς τὸ ἅγιον ὄρος, ἐκαλλωπίσθη δὲ μικρὸν παρὰ τοῦ ἐν ἱερομονάχοις ἁπλοῦς Ἰωάσαφ τοῦ νέου Κουκουζέλη. *Hirmologium totius anni, ut cani ſuevit in Monte ſancto, id vero adornatum paululum eſt ab humili Hieromonacho Joſaphato Cucuzele juniore.*

Prętet hirmos, quibus, iiſque varijs ſingulæ Odę prænotantur, apponitur etiam in principio totius Canonis, ſeu Cantici certus quidam tonus, qui non unius tantum, ſed ſubſequentium omnium Odarum modulationi præeſt. Octo autem ſunt toni, quibus Græcorum muſica conſtat, quatuor ſimplices, reliqui obliqui. Priores ſimplicem appellationem habent, Ἦχος α′ Tonus primus, Ἦχος β′ Tonus ſecundus, Ἦχος γ′ Tonus tertius, Ἦχος δ′ Tonus quartus; inter ſingulos ſunt totidem πλάγιοι Obliqui, videlicet, Ἦχος πλάγιος α′ Tonus obliquus primi, Ἦχος πλάγιος β′ Tonus obliquus ſecundi, Ἦχος πλάγιος γ′ Tonus obliquus tertij, qui etiam dicitus Ἦχος Βαρύς Tonus gravis, Ἦχος πλάγιος δ′, Tonus obliquus quarti.

Porro cantus in divinis Officijs utilitatem magnopere commendat Baſilius Homilia in Pſal. 1. tradens, Spiritum ſanctum cum videret nos ægre perſuaderi ad complexum virtutis potuiſſe, & proinde ad rectam vitam ineundam per hoc lenteſcere, quod toti ad conſectandam vo-

voluptatem propenderemus, ſcripturæ ſuæ dogmatibus miſtim inſperſiſſe concinnam numerorum modulationem, ut auribus melico vocum concentu delinitis, clam, ac velut aliud agentes, ſineremus in animos noſtros irrepere eloquiorum utilitatem. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον δυσάγωγον πρὸς ἀρετὴν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, καὶ διὰ τὸ πρὸς ἡδονὴν ἐπιῤῥεπὲς τοῦ ὀρθοῦ βίου καταμελοῦντας ἡμᾶς, τί ποιεῖ; τὸ ἐκ τῆς μελῳδίας τερπνὸν τοῖς δόγμασιν ἐγκατέμιξεν, ἵνα τῷ προσηνεῖ, καὶ λείῳ τῆς ἀκοῆς τὸ ἐκ τῶν λόγων ὠφέλιμον λανθανόντως ὑποδεξώμεθα: cujus inſtituti utilitatem proprio experimento didiciſſe teſtatur Auguſtinus Confeſſionum lib. x. cap. XXXIII. Cum enim ei quandoque tutius videretur, melos omne ſuavium cantilenarum ab Eccleſia removeri, atque Athanaſium Alexandrinum Epiſcopum imitari, *qui tam modico flexu vocis faciebat ſonare cantorem pſalmi, ut pronuncianti vicinior eſſet, quam canenti*; attamen cur veterem conſuetudinem minime immutandam cenſeret, id potiſſimum in cauſa fuit, quod in ſuæ converſionis exordio lacrymas ad cantum Eccleſiæ ſe fudiſſe recordaretur. *Reminiſcor, inquit, lacrymas meas, quas fudi ad cantus Eccleſiæ tuæ in primordijs recuperatæ fidei meæ, & nunc ipſo commoveor non cantu, ſed rebus, quæ cantantur, cum liquida voce, & convenientiſſima modulatione cantantur, magnam inſtituti hujus utilitatem rurſus agnoſco.*

An

An vero hujuſcemodi hymnis aliqua inſit numerorum modulatio, in controverſiam a nonnullis vocatur; ij ſcilicet ſuſpicantur, illos Politicis verſibus eſſe concinnatos, qui quod exſcriptoribus incogniti forent, linearum ordine per ipſos fœde turbato, prave collocati reperiantur. At huic ſuſpicioni ſubmovendæ ſatis erunt, quæ de verſibus Politicis tradit Allatius in Diatr. de Simeonibus pag. 166. ſcilicet hos ut plurimum Jambicis, & Anacreonticis conſtare, ita tamen ut nulla quantitatis ſyllabarum ratione habita, tantum earum numerus, declinationeſque accentuum attendantur; & quemadmodum Anacreontici non omnes eodem ſyllabarum, ac pedum numero concludun. tur, ita & Politicos nunc pluribus, nunc paucioribus ſyllabis ad eorum tamen normam componi; in Jambicis Veteres ſemper pedum numerum obſervaſſe, recentiores vero ſyllabas tantum, eaſque duodecim religioſiſſime retinuiſſe; idemque ſervatum in Politicis, in quibus ſyllabæ quindecim nunquam excedunt. Certus hic ſyllabarum numerus cum in Canticis, de quibus agimus, minime deprehendatur, quod expertus quiſque fatebitur, conſequens eſt, nihil ad illa Politicorum verſuum rhytmum ſpectare. Quare Simon Vagnerechius ex Menęorùm ſtrophis ſe numquam, quidquid ageret,

ex-

extundere potuiſſe verſus Politicos tradit in Prolegomenis ad Pietatem Marianam Græcorum n. 31: ex quo irrito conatu in eam ſententiam jure, ac merito delatus eſt, ut cenſeret, Canones hujuſmodi ſoluta prorſus oratione concinnatos fuiſſe, quales, præter alios Jambicis verſibus conſcriptos, Joannem Damaſcenum, & ejus collegam Coſmam Hieroſolymitanum condidiſſe: teſtis eſt Suidas in Joanne Damaſceno Ἀσματικοὺς Κανόνας, Ἰαμβικούς τε, καὶ καταλογάδην.

Triodium eſt Canticum, quod, ut ipſa vox indicat, tribus Odis conflatur; idque primus in figuram ſanctæ Trinitatis excogitaſſe fertur Coſmas Hieroſolymitanus pro Dominicę Paſſionis hebdomade, quemadmodum ſcribit Nicephorus Calliſtus in primo Synaxariorum Triodij: Πρῶτος δὲ πάντων τὰ τ' ἐπενόησε, τὰς τρεῖς φημὶ τῶν Ωδῶν εἰς τύπον οἶμαι τῆς ἁγίας, καὶ ζωαρχικῆς Τριάδος ὁ μέγας ποιητὴς Κοσμᾶς ἐν τῇ μεγάλῃ καὶ ἁγίᾳ τῶν Παθῶν τοῦ Κυρίου, καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ Ἑβδομάδι. Quoniam vero in Quadrageſimali Gręcorum Officio hujuſmodi Cantiones tribus Odis conſtantes frequentiſſimę ſunt, utpote quæ omnibus diebus, exceptis Sabbatis, & Dominicis uſurpantur, hinc eſt, quod integrum ejuſmodi Officij volumen generali vocabulo Triodium nuncupatur: Καταχρηστικῶς δὲ Τριῴδιον ὀνομάζεται, οὐ γὰρ ἀεὶ Τριῴδια ἔχει, καὶ γὰρ ὁλοτελεῖς Κανόνας

νόνας προβάλλεται. ἀλλ' οἶμαι ἀπὸ τοῦ πλεονάζοντος τὴν ἐπωνυμίαν λαβεῖν, ἢ διὰ τὰ τῆς μεγάλης ἑβδομάδος, ὡς εἴρηται, πρώτως γινόμενα. *Triodion porro* (ait Nicephorus in Synaxario mox laudato,) *improprie dicitur, non enim ſemper Triodia habet, cum integros etiam Canones proponat. Puto tamen nomen ex abundanti aſſumpſiſſe, vel propter magnæ hebdomadis Canones ſic dictos*. Tribus Triodij Odis totidem alię interſeri conſueverunt, cum hac epigraphe Εἱρμὸς ἄλλος, unde Triodium geminatur, & διείρμων dicitur, quæ vox in Typico Feriæ II. & Fer. III. & IV. Hebdomadis Tyrophagi occurrit, ubi Octoechi, & Menæorum Odas omittendas eſſe præſcribitur, quoties duobus conſtat hirmis Triodium. Ad Fer. II. Εἰ δὲ διείρμόν ἐστι τὸ Τριῴδιον, καταλιμπάνομεν καὶ τῶν δύο Κανόνων τῆς Ὀκτωήχου τὰς ᾠδάς. Ad Fer. III. Εἰ δὲ διείρμόν ἐστι τὸ Τριῴδιον, καταλιμπάνονται καὶ τῶν δύο Κανόνων τῆς Ὀκτωήχου αἱ Ὠδαί. Ad Fer. IV. Ἐν αἷς δὲ ᾠδαῖς ψάλλομεν τὰ Τριῴδια, καταλιμπάνονται αἱ τοιαῦται ᾠδαὶ τῆς Ὀκτωήχου, καὶ τοῦ Μηναίου, ἐπειδὴ διείρμόν ἐστι τὸ Τριῴδιον. Non itaque Troparij genus eſt διείρμων, ut nonnulli cum Ducangio in Gloſſario vocem hanc accipiunt, ſed genus cantici, cui ſane loco inſcriptionis Εἱρμὸς ἄλλος quandoque apponitur alia Ἕτερον Τριῴδιον, ac præterea ſecundi Triodij auctor paſsim alius eſt ab auctore primi Triodij.

Hos Triodiorum, aliorumve Quadrageſimalium hymnorum authores, ut ad ſecundam

Diatribæ partem procedamus, jam inquirimus, ac primo occurrunt duo celeberrimi Studitæ, ita a Byzantino Studij Cœnobio, ubi Monaſticis inſtitutis vacarunt, nuncupati, Theodorus, & Joſephus, quorum nomina, & vetuſtiſſimi Codices Manuſcripti, & edita Exemplaria ijſdem hymnis ſæpius inſcribunt. Hos Nicephorus Calliſtus in quibuſdam Jambis in Græcorum Eccleſiaſticos hymnographos, præſtantiſſima muſices organa appellat,

Καὶ Θεόδωρος, Ἰωσὴφ Στουδῖται,
Ὄργανα τὰ κράτιστα τῆς Μουσουργίας.

Idemque in laudato pluries Synaxario affirmat, illos Quadrageſimalibus Triodijs componendis, poſt Coſmam primum eorum, ut ſuperius diximus, pro hebdomada ſancta conditorem, egregiam præ ceteris operam navaſſe, eaque proprio Studij Monaſterio inter divinas laudes recitanda tradidiſſe: Οἱ λοιποὶ τῶν Πατέρων, καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων Θεόδωρός τε, καὶ Ἰωσὴφ οἱ Στουδῖται κατὰ ζῆλον ἐκείνου, κἂν ταῖς λοιπαῖς ἑβδομάσι τῆς ἁγίας μεγάλης Τεσσαρακοστῆς συνταξάμενοι, τῇ αὐτῶν Μονῇ Στουδίου πρῶτον παραδεδώκασιν, ἐπὶ μᾶλλον τὰς ᾠδὰς καταπάξαντες, καὶ ῥυθμίσαντες.

THEODORI, ut ab ipſo incipiam, nam eum authorem primus ex vulgatis in hoc Opere, Canticis, nimirum Canon in Sabbatum Carniſprivij, præſefert, Vitam his verbis Mença perſe-

ſequuntur die XI. Novembris. Οὗτος ἦν ἐπὶ τῆς Βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Κοπρωνύμου, γονέων εὐσεβῶν Φωτεινοῦ καὶ Θεοκτίστης. ἐκπαιδόθεν δὲ τὸν ἐνάρετον βίον ἑλόμενος, γράμμασιν ἐκπαιδεύεται, καὶ εἰς τὸ ἀκρότατον ὕψος τῆς γνώσεως ἀνήχθη. τὸν μονήρη βίον ὑπελθὼν, καὶ πᾶσαν ἰδέαν ἀρετῆς κατορθώσας, χρίσμασι τῆς ἱερωσύνης παρὰ τοῦ μεγάλου Ταρασίου ἀξιοῦται, καὶ τοῦ ὁσίου Πλάτωνος τηνικαῦτα ἡγεμόνου τῆς μονῆς τοῦ Στουδίου τυγχάνοντος, καὶ παραιτησαμένου, ὁ μακάριος οὗτος τὴν ἡγεμονίαν ἀναδέχεται, καλῶς τὸ πιστευθὲν αὐτῷ ποίμνιον ὁδηγῶν, καὶ ἐπὶ νομὰς σωτηρίους ποιμάνας. Καὶ οὗτος οὖν ὁ μέγας Θεόδωρος, καὶ Ταράσιος ὁ ἐν ἁγίοις, ὁ μὲν ἀπωθεῖται τῆς Ἐκκλησίας, ὁ δὲ μαστιχθεὶς ἐν τῇ Θεσσαλονίκῃ περιορίζεται. παρὰ Κωνσταντίνου υἱοῦ Εἰρήνης τῆς Βασιλίσσης, διὰ τὸ τὴν μὲν νομίμως αὐτῷ συναφθεῖσαν γυναῖκα ἀποβαλεῖν, ἀγάγεσθαι δὲ ἑτέραν, καὶ διελεγχθῆναι παρ' αὐτοῦ. Ἐπεὶ δὲ Κωνσταντῖνος τυφλωθεὶς τῆς Βασιλείας ἀπερράγη, ἀνακαλεῖται τῆς ἐξορίας Θεόδωρος, ἀλλὰ καὶ αὖθις ἐξορίζεται πάλιν ὁ μέγας Θεόδωρος ἐν τῇ τῆς Ἀπολλωνιάδος λίμνῃ. ἐκεῖθεν τε πάλιν παραπέμπεται ἐν τῷ τῶν Ἀνατολικῶν θέματι. ἐν ᾧ περὶ τὰς ἑκατὸν μάστιγας περὶ τὸν νῶτον δεξάμενος, γενναίως ἐνεκαρτέρει. καὶ αὖθις παρὰ τοῦ στρατοπεδάρχου σφοδραῖς μάστιξιν αἰκίζεται. Κἀκεῖθεν ἐν τῇ Σμύρνῃ παραπεμφθεὶς, εἱρκτῇ δυσωδεστάτῃ ἐγκλείεται, καὶ τῷ βασανιστηρίῳ ξύλῳ ἐμβάλλεται. Ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτὸς τῆς Βασιλείας ἀπερράγη, καὶ Μιχαὴλ τὰ σκῆπτρα ἐδέξατο, ἀνακαλεῖται τῶν δεσμῶν, καὶ τῆς ἐξορίας ὁ μέγας Θεόδωρος, καὶ μικρὸν ἀνεθεὶς, τοῖς φίλοις συνὼν, καὶ μετὰ χρηστῆς ἐλπίδος ἀνεπαύσατο ἐν Κυρίῳ. Ἦν δὲ τὴν ἡλικίαν κατάξηρος, ὠχρὸς τὴν ὄψιν, μιξαιπόλιος τὴν τρίχα, καὶ ἐπιφάλακρος. *Natus eſt ille ſub imperio Con-*

 ſtan-

ſtantini Copronymi , pijs Parentibus Photino , & Theoctiſta . Virtuti autem a puero deditus , literarum ſtudijs excolitur , atque ad ſummum doctrinæ gradum pervenit . Monaſticam deinde vitam amplexus , cum excelleret omni virtutum genere , Sacerdotij chriſmate ab Taraſio magno initiatur ; cumque ſanctus Plato , qui tunc Monaſterio Studiano (f. leg. Saccudionis) præerat , præfecturam tranſtuliſſet in hunc beatum virum , is ſibi commiſſi gregis præclarus rector , & ad ſalutaria paſcua ductor extitit . Porro & magnus hic Theodorus , & ſanctus Taraſius , poſterior quidem Eccleſia ſua pellitur , alter vero flagellis cæſus Theſſalonicam relegatur a Conſtantino Irenes Reginæ filio , quod ille abdicata uxore legitima duxiſſet alteram , graviterque a ſanctis illis viris ob id reprehenderetur . At poſtquam Conſtantinus excæcatus fuit , ac regno ſpoliatus , ab exilio Theodorus revocatur . Sed & poſtea ad paludem Apolloniadis rurſum pellitur magnus Theodorus , indeque denuo in partes Orientales ; ubi centum plagas tergo inflictas forti animo excipit : iterumque ab caſtrorum præfecto dire verberatur . Inde Smyrnam ductus , ac teterrimo carcere incluſus, lignis ad tormenta comparatis imponitur . Poſtmodum vero cum Imperator regno moriens ceſſiſſet , ac Michael ſceptra ſuſcepiſſet , magnus Theodorus ex carcere , exilioque revocatur ; ac nonnihil quietis nactus , cum amicis verſatus eſt : donec cum optima

ſpe

ſpe obdormivit in Domini . Fuit antem corporis habitu macilentus , vultu pallido , crine caneſcente , & calvus .

Eadem ferme de Theodoro narrant alia ejuſce generis ſive Menologia , ſive Menæa , & ubique ſpectatę ſanctitatis , & excellentis doctrinæ commendatione decoratur , inter quę Menologium , quod Baſilij Imperatoris vocatur, extatque in Bibliotheca Vaticana n. 1613. hymnorum quoque a Theodoro compoſitorum mentionem facit , nam ibi dicitur obijſſe in Domino Theodorus , ὕμνους εἰς Θεὸν συγγραψάμενος . Eumdem honorificentiſſimis appellationibus exornat Naucratius Confeſſor in Encyclica de ejus obitu , quam exhibet Auctarium Combefiſianum Biblioth. Patr. Græc. Tom. II. pag. 855. , Theodorum vocans , diſcipulum Chriſti , & imitatorem , vas electionis , os Eccleſiæ , Sacerdotum decus , fidei columen , regulam Monachorum , Evangelicum paſtorem , pectus Apoſtolicum , eximium Confeſſorem , Martyrem propoſito , ſolem fidei orthodoxæ , orbis doctorem, vocaliſsimum veritatis pręconem , jugem doctrinæ ſcaturiginem , fontem dogmatum , bene modulatam ſpiritus lyram , & alia hujuſmodi. *Dormitionem accepit communis Pater noſter* [ait Naucratius] ὁ τοῦ Χριστοῦ ἀληθῶς μαθητὴς , καὶ μιμιστὴς , τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς , τὸ στόμα τῆς Ἐκκλησίας , τὸ κλέος τῶν

Ἱερέων

Ἱερέων, τὸ τῆς πίστεως ἔρεισμα, ὁ τῶν Μοναζόντων κανὼν, ὁ Εὐαγγελικὸς ποιμὴν, ἡ Ἀποστολικὴ καρδία, τῶν ὁμολογητῶν ὁ ἐξαίρετος, ὁ προαιρετικὸς Μάρτυς, ὁ τῆς ὀρθοδοξίας ἥλιος, ὁ οἰκουμενικὸς διδάσκαλος. Καὶ ὢ τοῦ ἀκούσματος, *Dormitionem accepit communis Pater noſter*, ὁ μεγαλοφωνότατος τῆς ἀληθείας κῆρυξ, ὁ ἀένναος τῆς διδασκαλίας βρυτὴρ, ὁ μυριόνους τῇ θεοσκόπῳ κυβερνήσει, ὁ θαυμαστὸς βουληφόρος, ὁ πιστὸς οἰκονόμος τῶν τοῦ Θεοῦ μυστηρίων, ὁ τῆς ἐπουρανίου Ἱερουσαλὴμ πολίτης, ὁ κεκαθαρμένος νοῦς, ἡ χρυσοειδὴς ψυχὴ, ἡ τῆς μετανοίας θύρα, ἡ τῶν δογμάτων πηγὴ, ἡ εὔηχος τοῦ Πνεύματος λύρα, τὸ ἐνδιαίτημα τῆς μακαρίας, καὶ ἀρχικῆς Τριάδος.

At præclara Theodori geſta, ejuſque encomia plena manu ſuppeditat Michael Monachus Studita Theodori diſcipulus in ejus Vita, quam editam a Sirmondo in hujus Operum Tomo v. conſulere obvium unicuique erit. Nobis ſufficiet ea dumtaxat inde deſumere, quę ad rem noſtram maxime faciunt, quibus nimirum docemur, Quadrageſimalia Græcorum quam plura Triodia jure, ac merito Theodorum auctorem præſeferre, eaque priſcis pariter temporibus inter matutinas Laudes in Eccleſijs decantari conſueviſſe, magnoque in pretio habita propter ſermonem humilem quidem, ſed ad utilitatem compoſitum, & omnino ſanum, unde fidelium corda longe magis, quam ex turgida oratione, concinnis verbis, & quavis alia exquiſita eruditione, ſolis mulcendis auribus nata,

nata, conterantur. En verba Michaelis. Ἀλλὰ γὰρ ἡμῖν καιρὸς καὶ τὸ κατὰ τὴν Σαρδῶ νῆσον συμβὰν ὑφ' ἓν τοῦ ἐκεῖ θαῦμα δοῦναι τῷ λόγῳ, καὶ φιλοθέαις χαρίσασθαι ἀκοαῖς. Οἷον γάρ ἐστι φοβερὸν μὲν ἀκοῦσαι, ἔχον σὺν τῷ παραδόξῳ καὶ τὸ ἔκπληκτον. Ἦν τις ἐν τῇ νήσῳ ἀνὴρ στέργων διαπαντὸς, καὶ τιμῶν τὰ τοῦ μεγάλου συγγράμματα, ἔχων πρὸς τοῖς ἄλλοις διὰ πολλοῦ καὶ τὰ τῷ ἁγίῳ τούτῳ πεποιημένα Τεσσαρακοστῇ, ἃ Τριῴδια καλεῖν σύνηθες. Τούτῳ οὖν κατὰ πάροδον ἐπιξενωθέντες ποτὲ Μοναχοὶ, Γρηγορίου ἐκείνου τοῦ Συρακούσης φοιτηταὶ ἦσαν, ἄφρονι οὗτοι χρησάμενοι λογισμῷ, καὶ τύφῳ τὰς καρδίας ὑποπλησθέντες, ἐπικερτομεῖν τὰ τοῦ Ἁγίου ποιήματα ἐπεχείρουν, σόλοικά τινα καὶ οὐ κατὰ λόγον συντεθειμένα ἀποκαλοῦντες. οἷς δὴ καὶ ἐπιξενωσάμενος, οὐκ οἶδ' ὅπως συναπαχθεὶς, μεταβάλλεται θᾶττον, καὶ τῆς ἐκείνων γίνεται γνώμης, μήτε τιμῶν ὡς τὸ πρὶν, μήθ' ὡς αὐτῷ εἰθισμένον ἐν ὀρθριναῖς ταῦτα ὑποψάλλων δοξολογίαις. ᾧ καὶ οὕτως ἔχοντι ἐφίσταται νυκτὸς ὁ Πατὴρ, μακρὸς τὴν ἡλικίαν φανεὶς, οἷός τε ἦν ποτε, τὴν ὄψιν ὠχρὸς, τὴν κεφαλὴν ἐπὶ τοῦ ἄκρου ἐψιλωμένος. Παρείποντο δ' αὐτῷ καί τινες ἄλλοι ῥάβδους ἐπὶ χειρῶν ἔχοντες, οἳ καὶ μόνον ὁραθῆναι θέαμα φρικτὸν, καὶ οὐδὲ φορητὸν ὅλως, οἷς καὶ παρεκελεύετο πράττειν, ὡς τάχος, τὸ ἐκείνῳ δοκοῦν, καὶ παίειν ταῖς ῥάβδοις τὸν δύσκολον οὕτω, καὶ τὴν γνώμην ἐνόλισθον. ᾧ καὶ παιομένῳ ἔτι παρεστὼς ἐβόα ὁ Πατὴρ, Ἵνα τι, ἄπιστε, τὰ ἐμὰ διώσω ποιήματα; καὶ παρ' οὐδὲν ἐλογίσω, καίτοι πρὸ μικροῦ στέργων αὐτὰ, καὶ τιμῶν; οὐδ' εἰ μή τι ἄλλο, τοῦτόγε παρ' ἑαυτῷ συνιδεῖν ἔχων, ὅτι οὐκ ἂν αἱ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαι ταῦτα ἐδέξαντο, καὶ ἀλλήλαις διέδοσαν, εἰ μὴ τὴν ἀπ' αὐτῶν συνῆκαν ὠφέλειαν; οὐ γὰρ κόμπος ῥημάτων, καὶ λέξεων τορεία καρδίαν οἶδε συντρίβειν, ἀλλὰ ταπεινὸς λό-

γος,

γος, καὶ ἐπ᾽ ὠφέλειαν συντεθειμένος, καὶ τὸ πᾶν ὑγιὴς, ὅσγε καὶ ὑπὲρ πάσας ἐμοὶ δόξας παίδευσιν, ἄξιος λελόγισται τοῦ παντὸς, καὶ τοῦ διῃρημένου, καὶ μόνην ἀκοὴν τέρποντος, πολλῷ φαίνεται τιμιώτερος. Ἀλλ᾽ ἐκεῖνον μὲν ἱκανῶς οὕτω τυφθέντα, καὶ ταύτην δίκην τῆς ἐπὶ τὰ χείρω μεταβολῆς δόντα, καὶ ἡ ἡμέρα ἤδη κατέλαβεν, ὃς καὶ πονηρῶς ἔτι, καὶ ἀλγεινῶς ἔχων, τῆς κλίνης ἀνέθορε, φόβῳ τε παλλόμενος τὴν καρδίαν, καὶ τὸ σῶμα ἔχων ἐξῳδηκὸς ταῖς πληγαῖς, ἃς καὶ παραυτίκα πᾶσιν ἐδείκνυ, καὶ τὸ συμβὰν ἐπ᾽ αὐτῷ περιπαθῶς διεξῄει, ὕβρεσιν οὔτι μετρίαις τοὺς φθορέας βάλλων ἐκείνους, δι᾽ οὓς ταῦτα ἐπεπόνθει, καὶ τῆς οἰκίας ἀπελαύνων, ὡς τάχιστα. ὅσγε ἀμείψειν βουλόμενος τὸν Πατέρα, πλεῖον ἢ πρόσθεν τοιαπονοῦδε τὴν περὶ αὐτοῦ πίστιν ἐκράτυνε, στέργων ἐντίμως τὰ τοῦ μεγάλου ποιήματα, καὶ μεθ᾽ ὅσης ἂν εἴπῃς ἄγων ταῦτα τιμῆς, καὶ ψυχῆς ἀτεχνῶς ποιούμενος θεραπείαν.

Quæ Sirmondus latine in hunc modum reddidit. *Sed jam tempus eſt illud, quod in Sardinia Inſula in cujuſdam Indigenæ gratiam editum eſt, miraculum narrare, atque id piïs auribus gratificari. Par enim eſt rem terribilem certe, & quæ non modo admirationem, ſed & horrorem injiciat, audire. Erat in Inſula vir quidam ſcripta Theodori mirifice amans, ac devenerans, præcipue carmina magnifaciens, quæ in ſanctam Quadrageſiſimam compoſuerat, & quę Triodia nominari conſuevere. Iſte igitur cum Monachos quoſdam iter facientes hoſpitio excepiſſet, apud ipſum jejuniorum dies tranſegerunt, hi diſcipuli erant Gregorij Syracuſani; cumque haud ſana mente eſſent, & arrogan-*

rogantia pleni , poemata Theodori deridere cœperunt , barbara quædam , & contra orationis leges conſtructa denotantes . Quibus & eorum hoſpes neſcio quomodo ſe adjungens , ac repente mutatus eorum ſententiam amplectitur . Qui cum ſic animo affectus eſſet , adſtitit ipſi per noctem Theodorus procera ſtatura (qualis erat dum viveret) vultu pallido , vertice capitis calvo . Quem & alij quidam comitabantur , virgas manibus geſtantes , ſpectaculum viſu horrendum , & prorſus intolerabile . His ille præcepit , continuo , quod ipſe ſtatuerat , exequi , ac virgis cædere hominem adeo inconſtantem , ac mutari facilem . Qui dum ita cæderetur , Theodorus adhuc prope adſtans clamabat : Homo perfide, quid cauſæ fuit , cur carmina mea negligeres , ac nihili faceres , tu qui eadem antea amabas , & in honorem habebas ? an non id ſaltem tibi perſuaſum fuit , nunquam futurum fuiſſe , ut illa reciperent Eccleſię Dei , atque alię alijs traderent , niſi fructum ex ipſis redundaturum intelligerent ? non enim verborum granditas , neque concinnitas locutionum corda conterere ſolet , ſed ſermo humilis , atque ad utilitatem compoſitus , & omnino ſanus , qualem ego omni eruditioni antepono , ac longe potiorem cenſeo ſermone mollibus verſibus conciſo , qui ſolas aures delectat . Hominem porro ſic abunde verberibus cęſum , atque hac ſuæ in deterius mutationis pœna affectum , dies jam exceperat : cum adhuc

male

male habens , & acerbum ſentiens dolorem , lecto exilijt metu concuſſus , & corpore tumefacto ex plagis , quas ſtatim omnibus oſtendit , & id omne, quod ſibi acciderat , vehementi cum affectu narravit , gravia ingerens convicia in corruptores illos , propter quos talia perpeſſus fuerat , eoſque domo ſua quamprimum ejecit . Theodorum vero placare cupiens , ſuam de ipſo fidem exinde corroboravit , magni viri carmina veneratione , & amore proſequens , ac ſupra quam dici poteſt , honore eadem afficiens , atque ita veram animo ſuo medelam attulit .

Quæ priſcis illis temporibus magnum Quadrageſimalibus Theodori Triodijs honorem conciliabant , nimirum Scriptoris authoritas , ſtyli ſimplicitas excitandæ pietati , commovendiſque blanditer affectibus maxime apta , doctrina Chriſtianæ fidei plane conſentanea , Eccleſiarum illa divinas inter laudes decantantium conſuetudo , hęc eadem facere debent , ut in præſentia pari venerationis loco habeantur ; quin etiam majore , propterea quod Theodori ſanctitas , atque doctrina , poſtquam ejus nomen Urbanus VIII. Martyrologio Romano inſcribi juſsit , exploratius adhuc conſtent : & inſuper inductus primitus mos , eas hymnodias in Græcorum Eccleſijs canendi adeo non obſoleverit , ut per novem Sęcula conſtanter retentus uſque in hodiernam diem perſeveret . Unde profecto conſequi-

Digitized by Google

ſequitur, deteſtabile prorſus ſcelus Gręcos Schiſmaticos admiſiſſe, dum inter vera, & tot jam annis Eccleſiaſticarum precum uſui conſecrata Theodori ſcripta, quæ ſibi, & poſteris omnino a maculis innoxia ſervare debebant, compicta ab ipſiſmet nugamenta inſerere auſi ſunt, Synaxaria nimirum, & alia hujuſmodi, quorum vicinia ſanctiora piæ antiquitatis monumenta, ceu quadam contagione, quodammodo inficerentur. Contra debitum pariter eiſdem ſcriptis honorem committere cenſendi forent ij, qui aſſumenta illa recentiorum nebulonum avidis quidem, at non ita fidelibus naribus captantes, vel ipſis genuinis ſanctiſsimi doctoris fœtibus imprudentes iniquum dentem admoverent. Si qui vero ſunt, qui delicatiſsimi faſtidij palatum gerentes, ſermonis venuſtati unice addicti, Theodori Triodia veluti inculta, & horrida deſpiciant, caveant illi, ne ea arrogantia improbiſſimi Gregorij Asbeſtæ diſcipulis accenſeantur, & uſurpatæ in Sardum illum animadverſioni ſubjaceant.

Quoniam vero doctrinæ puritas Romanæ Sedis communioni cum ſingulari erga ipſam reverentia, ceu firmiſſimo fundamento, inniti debet, eidem Theodorum Studitam religioſe adhæſiſſe, nullus ambigendi locus eſſe debet: quem propterea Anaſtaſius Bibliothecarius in

Præfat. ad Theodori Studitæ ſermonem de ſancto Bartholomæo Apoſtolo apud Dacher. in Spicil. Tom. III. p. 13. hoc etiam nomine commendat. *Theodorus* [inquit] *videlicet quidam Sacerdos apud Conſtantinopolitanam urbem temporibus fuit Adriani, & Leonis Romanorum Pontificum, vir valde mirabilis, qui cum non ſolum fidei conſtantia, verum etiam ſcientię gratia, & ſignorum polleret virtutibus, duorum Imperialium, inſigniumque Cœnobiorum Studij ſcilicet, & Saccudiorum conſtitutus eſt Abbas. Qui ſemper in Apoſtolicæ Sedis communione perſiſtens, hæreticorum nenias, & Imperatorum veſaniam fidei conſtantia, etiam tormentis affectus, mentis virtute repreſſit, nec non ſancti Spiritus gratia plenus opuſcula nonnulla compoſuit.* Imo vero egregia Theodori erga Romanam Eccleſiã, tanquam aliarum matrem & magiſtram obſervantia apertiſſime conſtat ex ipſiuſmet Epiſtola ad Leonem Pontificem num. XXXIII. in cujus initio palam fatetur, collata B. Petro poſt claves regni cœlorum paſtoralis etiam principatus dignitate, ad eum, ejuſque ſucceſſores referri oportere, quidquid aberrantes a veritate in Catholica Eccleſia innovant: *Ἐπειδήπερ Πέτρῳ τῷ μεγάλῳ δέδωκε Χριστὸς ὁ Θεὸς μετὰ τὰς κλεῖς τῆς Βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ τὸ τῆς ποιμνιαρχίας ἀξίωμα, πρὸς Πέτρον, ἤτοι τὸν αὐτοῦ διάδοχον, ὁτιοῦν καινοτομούμενον ἐν τῇ Καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ παρὰ τῶν ἐσφαλμένων τῆς ἀληθείας*

ἀναγ-

ἀναγκαῖον ἀναφέρεσθαι. Et infra, poſt narratam duarum Synodorum in cauſa adulterini conjugij prævaricationem, Romani Pontificis opem his verbis implorat, quibus Petrus, cum maris fluctus excitarentur, Chriſtum compellavit, *Salva nos, perimus*. Τούτων ἤδη ἀψιδῶς ὑπὸ τῆς ἀπειλείας ἡμῶν ἀνενεχθέντων, ἐκείνην τὴν φωνὴν, ἣν ὁ κορυφαῖος σὺν τοῖς λοιποῖς Ἀποςόλοις προσήγαγε Χριςῷ, ἡνίκα τῆς θαλάσσης κλύδων ἐπεγείρετο, προσφέρομεν τῇ Χριςομιμήτῳ σοῦ μακαριότητι, Σῶσον ἡμᾶς, ἀρχιποίμην τῆς ὑπ᾽ οὐρανὸν Ἐκκλησίας, Ἀπολλύμεθα. Μίμησαί σε τὸν διδάσκαλον Χριςὸν, καὶ ὄρεξον χεῖρα τῇ καθ᾽ ἡμᾶς Ἐκκλησίᾳ, ὡς ἐκεῖνος Πέτρῳ. Deinde legitimæ Synodi a Papa convocandæ conſilium reverenter ſuggerens, *Si enim iſti* (inquit) *arrogata ſibi authoritate, hæreticam Synodum cogere veriti non ſunt, qui ne orthodoxam quidem abſque cognitione veſtra cogere poterant, ut antiquus mos obtinuit*, ὡς τὸ ἄνωθεν κεκρατηκὸς ἔθος, *quanto magis æquum, atque adeo neceſſarium fuerit, cum timore ſuggerimus, a divino principatu tuo*, ὑπὸ τῆς θείας πρωταρχίας σου, *legitimam Synodum convocari, ut orthodoxum Eccleſiæ dogma hæreticum extrudat*. Hæc, & paria quæ leguntur in Epiſtola ad Baſilium Archimandritam ſancti Sabæ num. xxxv. agnitam a Theodoro Romanæ Sedis ſupremam auctoritatem manifeſte comprobant, ac proinde certo documento ſunt, quæ idem antea adverſus Leonem Papam paulo licentius ſcripſerat, vehementi

nti animi angori eſſe condonanda.

Obijt beatus Theodorus anno Chriſti DCCCXXVI. alijs bene multis præter Triodia, aliaque hujuſmodi Cantica, ſcriptis illuſtris, quorum accuratum catalogum exhibet Operum Sirmondi Tomus v. Inter ea plurimi faciendum eſſe Epiſtolarum Volumen ſæpius monet Card. Baronius Annalium Tomo IX. & præſertim ad annum DCCIIC. n. VII. ubi ſe magnopere exoptare affirmat, aliquem virum doctum inveniri, qui cuncta ſanctiſſimi, atque doctiſſimi Viri egregia monumenta e Bibliothecarum diverſarum latebris aliquando in lucem vindicet, eademque latinitate, beneficio omnium donet.

His, quæ da ſancto Theodoro tradita ſunt, coronidem imponat Epigramma in ejus laudem ſcriptum, quod exhibet poſtremum folium Tomi v. Operum Sirmondi.

Δῶρον ἀειζώοιο Θεοῦ, μεγάλοιο ἄνακτος
Ἱμέροεν περίπυστον ἐπ' εὐλαβέϊ βιότοιο,
Οὔνομα Θεόδωρος, ποίμνης ἡγούμενος ἦκα,
Νωλεμέως δυχίοισι λιτῆς, ἴδε πρήξεσιν ἄλλαις
Ὑμνοπόλων θεότευκτον ἀγήνορα ὦρσεν ἀοιδὴν
Στουδίου, ἣν κληΐζουσιν ἀειπρεπὲ ὄλβιον οἶκον,
Ἱρὸν Ἰωάννοιο Χριστοῦ προδρόμοιο σοφοῖο,
Ὃν κεν ἐπ' ἐθλοῖσι πλῆσεν πλείστης χαρίτεσσι.

Numinis æterni donum, Regiſque ſupremi,
Clarum, & dulce ſimul nomen Theodorus, ob acta

Pru-

Digitized by Google

Prudentis vitæ : cuſtos manſuetus ovilis ,
Aſſidue fundenſque preces , præceptaque tradens
Egregia , hymniferos divino pſallere ritu
Studitas docuit , quæ fortunata vocatur
Rite domus , Prodromo Joanni ſacra , beavit
Quem Chriſti uberior præ cunctis gratia Sanctis .

JOSEPHUS , cui una cum Theodoro principem locum inter Quadrageſimalis Officij Melodos tribuit ſuperius allatus Nicephorus in laudato Synaxario,ejuſdem Theodori germanus frater fuit , eaque literarum communione , monaſtico inſuper inſtituto , quod Joſephum quoque in Saccudionis cœnobio primum inijſſe , Michael in Theodori Vita teſtatur , cauſa Imaginum adverſus Iconomachos ſtrenue defenſa , indeque exilio , & carcere perlatis , his , inquam , omnibus non minus , quam ſanguine Theodoro conjunctus . Vitam Joſephi , quem præterea Theſſalonicenſes inſulæ decorarunt , Menæa die xv. Julij his verbis deſcribunt . οὗτος ὁ μακάριος ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς Βασιλείας Θεοφίλου , γέννημα ὑπάρχων τῶν θεοφιλῶν , καὶ εὐσεβῶν γονέων , Φωτεινοῦ , καὶ Θεοκτίστης , καὶ αὐτάδελφος Θεοδώρου ἐν ἁγίοις ὁμολογητοῦ , καὶ ἡγουμένου τῶν Στουδίων . οὗτος διὰ τὸν ἀξιέπαινον αὐτοῦ βίον , κοινῇ ψήφῳ τοὺς οἴακας ἐγχειρίζεται τῆς Θεσσαλονικέων Ἐκκλησίας . κἀκεῖσε χρόνον συχνὸν διατρίψας , πρὸς τὴν Βασιλίδα ἀνέζευξε κελεύσει Βασιλικῇ . καὶ παραστὰς ἅμα τῷ καλῷ αὐταδέλφῳ , καὶ μὴ πτοηθεὶς , μὴ δὲ πεισθεὶς τοῖς ῥήμασι τοῦ ἀσεβοῦς , ἀνα-

κει-

κρινόμενος ὡς προσκυνητὴς τῶν θείων εἰκόνων, παραυτίκα ὁ μὲν ὁμολογητὴς Θεόδωρος ἐν τῇ τῆς Ἀπολλονιάδος λίμνῃ πέμπεται ὑπερόριος. ὁ δέ γε μακάριος Ἰωσὴφ, φυλακαῖς διαφόροις προσομιλήσας, καὶ τῇ λοιπῇ κακοπαθείᾳ πυκτεύσας, καὶ πάλιν διά τινος τῶν ἀσεβῶν ἀποσταλέντος παρὰ τοῦ ἀσεβοῦς Βασιλέως ἀναγκασθεὶς, καὶ τὰ αὐτὰ ἀπολογησάμενος, μείζονα τῶν προτέρων κακώσεων ὑφίσταται πάθη, καὶ σκοτεινοτέραις, καὶ ζοφωδεστέραις φυλακαῖς κατακλείεται. ἐν αἷς πολλὰς καὶ ἀνυποίστους βασάνους ὑποστὰς, καὶ λιμῷ καὶ δίψει, καὶ πάσῃ κακοπαθείᾳ προσταλαιπωρήσας, πρὸς τὴν αἰώνιον λῆξιν ἀπῆρεν. *Sanctus hic Photino, atque Theoctiſta religioſis, piiſque parentibus ortus, ac germanus frater Theodori ſancti Confeſſoris, & Studitarum Præpoſiti, vixit regnante Theophilo. Ob vitæ ſanctitatem Theſſalonicenſis Eccleſia, communi ſuffragio ei gubernanda committitur; cumque ibi multum temporis exegiſſet, imperiali juſſu ad Regiam Urbem regreſſus eſt. Una cum bono fratre adſtans coram impio Rege, hujuſque verbis neque territus, neque ſuaſus, damnationem ſubit, utpote divinarum Imaginum adorator. Moxque Theodorus quidem Confeſſor in lacum Apolloniadis deportatur; beatus vero Joſeph variis carceribus mandatus, & adverſus reliquos cruciatus pugilis inſtar congreſſus, rurſus ab impio quodam, quem impius Rex ablegaverat, pertentatus eſt. In iiſdem vero reſponſis perſiſtens, ſævioribus adhuc tormentis vexatur, obſcuriſque magis, ac tenebricoſis cuſtodiis concluditur; in quibus multa,*

ta, & intolerabilia perpeſſus ſupplicia, fameque, ac ſiti, atque omni cruciatuum genere confectus, ad cæleſtem requiem evolavit.

Quamvis autem nec in Menæis, nec in Baſiliano Menologio, ſcriptorum ab Joſepho fratre Theodori hymnorum ulla ſit mentio, hunc ipſum tamen complurium ſacrarum cantionum auctorem habendum eſſe abunde evincunt, præter ea, quæ ſuperius allata ſunt, Origines Conſtantinopolitanæ Codini, ubi de Æde ſancti Romani, in qua ſanctus Joſeph, & frater ejus Theodorus Studita, Canonum ſcriptores, ob Leonis Iconomachi terrorem conſediſſe traduntur, ſcribendiſque hymnis illis vacaſſe, quingentis annis, poſtquam ea ædes a ſancta Helena condita fuerat. *Λέγεται δὲ ὅτι ποιηταὶ τῶν Κανόνων ὁ ἅγιος Ἰωσὴφ, καὶ Θεόδωρος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ Στουδίτης, διὰ τὸν φόβον φυγόντες τοῦ Συρογενοῦς Λέοντος τοῦ εἰκονοκαύστου, ἐκεῖσε ἐκάθιζοντο, καὶ ἐποιοῦντο τοὺς Κανόνας. πεντακόσια δὲ ἔτη διῆλθον, ἀφ' οὗ ἐκτίσθη ναὸς, μέχρι τῆς τῶν ῥηθέντων ποιητῶν κατοικίας.* Eadem habet Anonymus de Antiquitatibus Conſtantinopolitanis editus ab Anſelmo Bandurio Viro cl. *Οἱ δὲ ἅγιοι, ὅ τε Ἰωσὴφ ὁ ποιητὴς, καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Θεόδωρος ὁ Στουδίτης ἐκεῖσε ἐκαθέζοντο, καὶ ἐποίουν τοὺς Κανόνας ἐν τοῖς χρόνοις Λέοντος τοῦ Ἀρμενίου, μετὰ φ' ἔτη τοῦ κτισθῆναι τὸν ναὸν, ὅτε ἦσαν οὗτοι οἱ ποιηταί.* Porro ſcribendis verſibus operam navaſſe eumdem Joſephum docemur itidem ex Epiſtola num. XXXI. Theo-

 dori

dori Studitæ , in qua conqueritur periiſſe Jambos quoſdam ab Joſepho compoſitos contra Iconomachos , & ſibi ab eo tranſmiſſos : *ἀλλ᾽ ὅτι καὶ Ἴαμβοι συναπώλοντο, οὓς διαποιῶν ἐμέξηνας κατὰ τῶν εἰκονομάχων, οὐ πάντως δὲ ἀμεταχείρους, καὶ ἀπαρατηρητούς ἔμελλες αὐτοὺς πέμπειν, ταῦτα μὲν ἐλύπησεν ἡμᾶς, ὡς τὸ εἰκός.*

Præter hunc Joſephum Studitam , Theodori fratrem , Archiepiſcopum Theſſalonicenſem exhibent nobis Eccleſiaſticæ Græcorum tabulæ alium ejuſdem nominis, annis forte quadraginta juniorem , divinitus data extemporalium hymnorum gratia percelebrem. Legimus ſiquidem in Menæis ad diem III. Aprilis, qua memoria ejus recolitur , illum per ſingularem Dei gratiam tanta facilitate ſacros hymnos compoſuiſſe , atque extemporali plane ingenio repræſentaſſe , ut eum homines ea carmina non componere , ſed dudum memoria commendata recitare tantum putarent. *Οὕτω γὰρ ἀπόνως μετ᾽ ἀσχολίας τὰς ἱερὰς μελῳδίας τοῖς αἰτουμένοις παρεῖχεν, ὡς εἶναι νομίζειν, μὴ ἐξ ἑαυτοῦ ταύτας φωνᾶν, ἀλλ᾽ ἐκμανθάνειν ἀλλαχοῦ πρότερον, καὶ ἀποστοματίζειν, καὶ οὕτω τοῖς αἰτουμένοις παρέχειν.* Hic, ut ibidem narratur, Siciliam Patriam habuit, qua vaſtata Theſſalonicam primum venit, ubi cœnobiticam vitam amplexus ſacris potiſſimum literis ſe dedidit ; dein cum Gregorio Decapolita Conſtantinopolim acceſſit : unde pro-

propter hæreſin Iconomachorum Romam ablegatus fuit; at a Saracenis captus, & in Cretam abductus, ibi in cuſtodiam conijcitur, ex qua ſancti Nicolai ope exemptus Conſtantinopolim repetijt, ac peſſime habitus,indeque rurſus expulſus in Cherſoneſum amandatur; iterumque revocatus, tertio Conſtantinopolim venit, ubi magnæ Eccleſiæ vaſis cuſtodiendis præfectus fuit: & demum Canticis in plures Sanctos ex dono ei divinitus dato conſcriptis obdormivit in Domino, Χαρίσματα δὲ ἔχων ἐκ Θεοῦ, πολλοὺς Ἁγίους κανόσι τιμήσας, ἐκοιμήθη.

Ejuſdem Vita multo fuſius deſcribitur, atque exornatur ab Joanne Diacono, ex quo Maracius in ſuo Joſephi Hymnographi Mariali eam recitat, ubi, quod ſpectat ad illius hymnodias, hæc leguntur, ex ejuſdem Maracij verſione: *Denique cum ſuaviſſimas cantiones ſcribere cœpiſſet, voce quidem arguta, & ſonora auribus concentum reddebat, illum vero, qui ijs,quę canebantur, mentem potuiſſet, animumque advertere, mira dulcedine oblectabat. Etenim qualis muſicorum ſonorum ſpecies inde non addiſcebatur? vel qualis gratia in ijs, quæ ab eodem canebantur, non elucebat? Inde vel ignaviſſimis, ac ſocordia plenis ſomnus excutiebatur, feſtinantibus ad oblectandas aures ſimul, & animum cantu illius ſuaviſſimo. Inde & illis, qui ad virtutem vehementer ani-*

mum intendebant , virtutis ipſius habitus comparatus eſt . Hæc memoria repetentes illi , qui mœrore oppreſſi erant , animi puſillitatem , ac moleſtiam deponebant . His etiam illi , qui hilaritatem animi experiebantur , ad voluptatis lacrymas , ſed diverſo modo tranſitum faciebant . Scriptores autem in aliis operibus componendis lætari recuſantes , ex divini Joſeph canticis , ac modulis collegerunt , vel potius colligunt lucrum quoddam peramplum , ac nobile . Omnes enim linguæ juxta tribus ſuas , ac proprietates loquelæ ſuæ per totam noctem ſacris meditationibus vacantes , illius tenebras , ac ſomnolentiam frequenti luminum accenſione in ſolares radios commutant , & ſomni dulcedine frui recuſantes , ſancti hujus viri canticis decorantur . Eſt quiſpiam rigidus , ac durus , atque ad lacrymas effundendas ineptus ? Suaviſſimas melodias ab eo ſcriptas in Virginem , ac Dei Matrem , quæ ineffabiliter Verbum concepit , aſſidue legens , ac decantans , lacrymarum maria plenis oculis effundet , & mente colliquefactus , immateriali ſenſu ſpiritualibus compunctionis deliciis perfruetur . Hæ autem melodiæ ſexcentæ ſunt , quæ ab eo variis commutationibus , & ſonorum conciſionibus , variiſque rhythmorum differentiis compoſitæ dulcedinem quodammodo , atque odorem ſuavitatis aromatizant . Eſt porro aliquis , qui Sancti illius , qui currenti die ab Eccleſia Dei honoratur , vitam addiſcere cupiat ? Capeſſat , ac

legat

Digitized by Google

legat lepidiſſima illius cantica , & in unoquoque eorum , qui canuntur , vitæ Sancti illius rationem recognoſcat . Ipſe vero inter omnes honoratus apparet , atque in aliorum vita ipſe laudatur propter ſuavitatem , & concinnitatem dulciſſimæ melodiæ. Alij igitur huius Beati vitam ſane magnificent , alij autem ſcientiæ illius eminentiam , omnes vero omnia æqualiter , & per omnia magnificant ſpiritus gratiam , quæ ita in illo effuſa eſt , ut in omnem terrarum orbem exierit ſonus ejus , & in fines terræ univerſos verba Deum reſonantium Melodiarum ejus .

Juniori huic Joſepho Maracius in eodem Mariali cantica univerſa , quæ in divinis Græcorum Officijs Joſephi nomen appoſitum habent , ac proinde Quadrageſimalia Triodia attribuit , eaque confidentia , perinde ac ſi in ejuſcemodi hymnodijs componendis nullum ſenioris Joſephi , Studitæ nimirum , cui eadem tribui poſſe quiſpiam exiſtimaret , nomen fuiſſet , quod tamen percelebre fuiſſe agnoſcit ipſemet Maracius in ſua Bibliotheca Mariana *Joſeph* [inquit] *Studita Theodori Studitæ frater ex Studiani Aſceterij monacho Archiepiſcopus Theſſalonicenſis natione græcus , qui inter omnes Menæorum Hymnographos , quorum aperta in Odis nomina extant , ingenioſiſſimus poſt Damaſcenum videtur* . Cautius Simon Vagnerechius in Prolegom. ad

ad Piet. Marian. Græcor. n. xxii. dum non immerito dubitari poſſe affirmat, cui Joſepho ſeniori nimirum, an juniori adſcribenda ſint ea cantica Joſephi nomen præferentia, & ſuum in hac re cuique debere eſſe judicium. Quoniam vero fatentur quidem Menęa Joſepho juniori hymnorum extemporalium gratiam divinitus datam fuiſſe, at tacent de ſubitanearum Acroſtichidum dono, inde veriſimile ipſi videtur, extemporalem hanc gratiam ad illos Joſephianos hymnos minime trahendam, qui ſcatent Acroſtichidibus, *quas nemo neſcit operoſiſſimas eſſe*; ſubdit tamen, non incommode dici poſſe, ob id ipſum divinam hanc gratiam in Joſepho juniore pro miraculo habitam eſſe, quod extemporales quoque Acroſtichides funderet. Profecto magis artis, & diligentiæ quam incitationis Acroſticha Sibyllinorum carminum exiſtimavit Cicero libro ii. de Divinatione de ijs ita ſcribens: *Tum vero ea, quæ* Ἀκροστιχὶς *dicitur, cum deinceps ex primis verſus literis aliquid connectitur, id certe magis eſt attenti animi, quam furentis. Atque in Sibyllinis ex primo verſu cujuſque ſententiæ, primis literis illius ſententiæ carmen omne prætexitur. Hoc ſcriptoris eſt, non furentis, adhibentis diligentiam, non inſani*. Cantionum autem, de quibus hic agitur, Acroſtichides adeo operoſas eſſe, ut ab exercitato nequiverint ex tempore fieri, jure

dif-

diffitetur Daniel Papebrochius in Commentario prævio de S. Joſepho hymnographo ad diem III. Aprilis. *Certe*, inquit, *nulli poetico metro adſcriptos Græcorum Canones potuiſſe non magna contentione animi ad certas literas in cujuſque ſtrophæ principio inveniendas adſtringi ab eo, cui liberum eſſet, ſtrophas ſingulas nullo inter ſe ordine connexas a quacumque liberet voce ordiri, ipſi didicimus experientia, quando talium Canonum aliquos latine reddidimus, eadem Acroſtichidum lege ſervata; idque in verſione ad Græcorum verborum ſenſum exprimendum obligata*. Deinde aſſerit placere ſibi diſcrimen, ut ſcilicet Canones illi, qui nudum Joſephi nomen præferunt abſque alio titulo, Joſephi hymnographi ſint; Epiſcopo Theſſalonicenſi adſcribantur alij, qui dicuntur τοῦ Κύρου Ἰωσὴφ *Domini Ioſephi*, quippe hæc honoris appellatio gradum aliquem denotat eminentiorem; quam tamen conjecturam jure, ac merito non ita firmam videri fatetur, quin varia contra eam, quę ambiguum judicium faciant, opponi poſſint.

Mihi ad certum de hac re judicium faciendum, nimirum ad vindicanda Joſepho Studitæ Triodia Quadrageſimalia (nam de his tantum ſermo hic eſt) quibus Joſephi nomen inſcribitur, ſatis diſertum videtur Nicephori teſtimonium ex laudato Prologo Synaxariorum, ubi palam affir-

affirmat Theodorum, & Joſephum Studitas id hymnorum genus pro Quadrageſimalibus hebdomadis proprij Monaſterij uſui compoſuiſſe; præterea quoniam in Nicephori Jambis, & Antiquitatibus Conſtantinopolitanis tum Codini, tum Anonymi Banduriani impenſa a Theodoro, & Joſepho Studitis ſacris hymnodijs opera ſimul laudatur, deducere licet, ſocijs itidem curis Triodia Quadrageſimalia, quæ alternis vicibus Theodori, & Joſephi nomina præferunt, eoſque [ut Virgilianum illud uſurpem] *& cantare pares, & reſpondere paratos*, quodammodo repræſentant, ab ijſdem compoſita fuiſſe, ac proinde non alium eum eſſe Joſephum, quam Theodori fratrem, Epiſcopum Theſſalonicenſem. Idemque deducere licet ex ijs, quæ de Studiani Aſceterij moribus tradit Michael Studita in ſuperius laudata Vita Theodori, narrans ſanctos illos Viros poſt navatam virtutibus, & contemplationi operam, ne otio, atque inertia torpeſcerent, quoſdam quidem eruditionem, quæ in ſermone eſt, conſectantes, Orationibus, alijſque operibus conſcribendis, alios divinis literis accuratius perſcrutandis, alios vero Eccleſiaſticis cantibus, & notis muſicis digerendis incubuiſſe. De his poſtremis hæc Michaelis ſunt verba. Ἕτεροι δ' αὖ πάλιν ᾄσμασι τῇ ἐν Ἐκκλησίᾳ καὶ μελῳδήμασι, καὶ τοῖς

ἄλλοις

ἄλλοις δὴ τῶν ἐν ταύτῃ ψαλμολογήμασι, καθόσον ἐξῆν, ἑαυτοὺς ἐπιδόντες, ὅτι δὴ κἀκ τούτων πολλὴν ἴσμεν τὴν ὠφέλειαν, εἴγε ῥυθμῷ, καὶ τάξει, καὶ φωνῇ εὐσήμῳ, καὶ μελῳδῷ ἡ πᾶσα σχεδὸν τῆς Ἐκκλησίας ἐνορᾶται κατάστασις, οὐ μόνον ἑαυτοῖς χρησίμως τὴν καλὴν ταύτην φιλοπονίαν διέθεντο, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἄλλοις τῆς ἀπ' αὐτῶν ὠφελείας μετέδωκαν. *Alij rurſus canticis, quæ in Eccleſia canuntur, & modulationibus, & alijs, qui in ea canuntur, Pſalmis, ut ut concedebatur, ſemetipſos dedentes, ex quibus multam præſentibus utilitatem afferri cognoſcimus, quippe rhythmo, & ordine, & voce ſonora, concinnaque univerſus fere Eccleſiæ ſtatus conſtituitur, non ſolum præpulchrum hunc laborem ſibimetipſis utilem effecerunt, ſed reliquos omnes utilitatis, quę ex ipſis oboriebatur, participes reddiderunt.*

JOANNES Damaſcenus, quem, ut legitur in Præfatione Generali ad novam ejus Operum Editionem a Clar. Viro Lequienio adornatam, inter præſtantiſſimos doctores ſuos cenſet Eccleſia Orientalis, ac præcipuo ſemper honore coluit, in primis propter egregiam rerum divinarum ſcientiam, atque eruditionem, qua omnia fere, & ſingula Chriſtianæ fidei myſteria eximia perſpicuitate aut Catholicis ediſſeruit, aut adverſus Hæreticos propugnavit, quod in cauſa fuit, ut Chryſorroas (qui Damaſci fluvius eſt) cognominatus ſit, quibus affluit, Joannes, inquam, Damaſcenus ob doctrinæ fluenta,

ſacra & ipſe edidit cantica, queis magna pars Officij Eccleſiaſtici Græcorum conſtat; proindeque ejus nomine Hymni quoque Quadrageſimales quandoque inſigniti deprehenduntur.

Sanctiſſimi æque, ac doctiſſimi Viri Menæa die IV. Decembris hujuſmodi recitant Encomium.

Πλήσας μελῶν γῆν ἡδέων Ἰωάννης,
Κἂν οὐρανοῖς ἄνεισι, συνθεῖναι μέλος.

Οὗτος ἦν ἐπὶ τῆς Βασιλείας Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου, καὶ Κωνσταντίνου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἐκ Δαμάσκου τῆς πόλεως, ἐκ γένους περιφανοῦς, καὶ τῇ ὀρθοδόξῳ διαπρέποντος πίστει. τυχὼν δὲ φιλαρέτου πατρὸς, ἐπαιδεύθη πᾶσαν τὴν ἑλληνικὴν ἐγκύκλιον παίδευσιν, καὶ τὸν βυθὸν τῆς θεοπνεύστου γραφῆς καλῶς ἐξηρεύνησε, καὶ μονήρη δὲ βίον κατὰ Κοσμᾶ τοῦ μακαριωτάτου τοῦ συναναστραφέντος αὐτῷ, γεγονότος δὲ ὕστερον ἐπισκόπου Μαιουμᾶ ὑπελθὼν. οὗτοι γὰρ καὶ ἄμφω παρ' ἑνὶ διδασκάλῳ ἐκπαιδευθέντες, Κοσμᾶ κἀκείνου τοὔνομα καὶ ἀσυγκρίτως ἐπιλεγομένου, ἐξωνηθέντος παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων. εἰς ἄκρον δὲ σοφίας ἐληλάκεισαν, τοιούτου διδασκάλου τυχόντες. ᾧ καὶ ἐμφανισθῆναι κατ' ὄναρ τὴν ὑπεραγίαν θεοτόκον λέγεται, εἰπεῖν, ἐν ὅσῳ εἰς ἔτι ὁ Ἰωάννης συνεῖναι τῷ διδασκάλῳ, ἢ μᾶλλον ἐντείλεσθαι αὐτῷ μαθητῇ Ἰωάννῃ, ὕμνους ἐκθεῖναι εἰς δόξαν τοῦ ἐξ αὐτῆς τεχθέντος ἀσπόρως, καὶ καύχημα τῶν ἐκ μέσης καρδίας ὀφειλόντων ταύτην γεραίρειν. ὃ δὲ καὶ πεποίηκε, τὴν ὑπόθεσιν ταύτην λογογραφίας θέμενος. ἐπίσης οὖν τὴν ἄσκησιν μετελθόντες, ὁ μὲν μακάριος Κοσμᾶ, πολλὰ συγγράμματα τῇ Ἐκκλησίᾳ λελοιπὼς, ἐν εἰρήνῃ κατεπαύσατο. ὁ δὲ ἀοίδιμος Ἰωάννης καὶ αὐτὸς τὰ ὅμοια καὶ πλεῖστα διαπραξάμενος, καὶ τῇ τῶν

λόγων

λόγων αὐτοῦ δυνάμει, καὶ τῶν γραφῶν σοφαῖς ἀποδείξεσι, πλεῖστα στηλιτεύσας, τὴν δυσσεβῆ τῶν Εἰκονομάχων αἵρεσιν, καὶ πολλὰ συγγράμματα τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ καταλελοιπὼς, δι᾽ ὧν σχεδὸν παντὸς τοῦ ζητουμένου γνῶσις ἐναργὴς εὑρίσκεται, ἐν γήρᾳ πίονι καταλύει τὸν βίον, ζήσας ἔτη ἑκατὸν πρὸς τοῖς τέσσαρσι.

Suavi Ioannes terram ubi implevit ſono,
Pergit novos daturus in cœlis modos.

Fuit hic ſub Leonis Iſaurici, & Conſtantini ejus filij Imperio, ex urbe Damaſco, & illuſtri genere, fideque orthodoxa claro progenitus. Cum vero & ſtudioſum, amantemque virtutis patrem nactus eſſet, Græcam omnem encyclopediam edoctus eſt, ac Scripturæ divinitus inſpiratæ profunditatem pulchre, probeque perſcrutatus. Monachi quoque inſtitutum una cum illo beatiſſimo Coſma ſubijt, qui primum cum eo ſimul educatus, in Majuma poſtea Epiſcopatum evectus eſt. Ambo igitur illi præceptorem unum habuerunt, & eum quidem Coſmam nomine, abſque diſcrimine appellatum, quem ipſius pater cum alijs captivis redemptum liberavit. Ipſum porro ſapientiæ apicem uterque attigerunt, talem, ac tantum nacti præceptorem. Cui & ſanctiſſimam Deiparam apparuiſſe in ſomnis ferunt, ac dixiſſe: Quorſum adhuc Joannes ſub magiſtro verſatur? aut potius ipſi Joanni diſcipulo præcepiſſe, ut in illius gloriam, qui ex ea ſine ſemine conceptus prodierat, ac illorum, qui eam ex imo corde veneraturi eſſent, gloriationem, hymnos componeret: quod & præſtitit,

tit , atque hanc ſibi ſuæ ſcriptionis materiam conſtituit . Tranſacto ergo pariter vitæ monaſticæ inſtituto beatus quidem Coſmas poſt multa Eccleſiæ relicta ſcriptorum monumenta , in pace tandem quievit ; inclytus vero Ioannes , poſtquam & ipſe multa id genus , aliaque plura perfecit , ac tum ſuarum rationum vi , tum ſcripturarum demonſtrationibus eruditis impiam Iconomachorum hæreſim plurimum impugnavit , quin & multa quoque reliquit Eccleſiæ Dei monumenta , quorum ope , ac ſubſidio cujuſcumque fere rei , quæ in quæſtionem cadit , accurata cognitio comparatur ; in uberi demum ſenectute vitam abſolvit , quam centum , & quatuor annos egerat .

Præter recitatum Menæorum Synaxarium , plura ibidem Troparia ſcriptas ab Joanne hymnodias commemorant , atque commendant , cujuſmodi ſunt , quę ſequuntur . Τῶν ᾀσμάτων τοῦ πνεύματος τὸ ἡδύπνοον ὄργανον , ἡ λύρα ἡ ἔνθεος , καὶ θελκτήριος , αὐλὸς τῶν ὕμνων νοούμενος , τέτιξ ὁ πολύφωνος , ἡ εὔηχος ἀηδὼν , Ἰωάννης ὁ πάμσοφος παρατίθεται τὰς αὐτοῦ θεοπνεύστους μελῳδίας τοῖς πιστοῖς , καὶ κατευφραίνει πνευματικῶς τοὺς θεόφρονας. *Spiritualium cantionum ſuave ſpirans organum , divina , ac blandiſſima lyra , intellectualis hymnorum tibia , multivocalis cicada , arguta luſcinia , Joannes ſapientiſſimus , cantus ſuos divinitus inſpiratos proponit Fidelibus , piaſque mentes ſpiritali gaudio perfundit .* Ὑμνοπόλων ὁ ἔξαρχος , διδασκάλων ὁ σύσκη-

νος ,

νος, κανὼν ἐναρμόνιος, καὶ εὐθύτατος τῶν μελισμάτων τοῦ πνεύματος, ἡ σάλπιγξ ἡ εὔηχος, ἡ καλλίστη ἀπαρχὴ τῆς ᾠδῶν ἐξηχήσεως, ὁ ἐφάμιλλος ὑμνῳδίας Ἀγγέλων, ὁ κοσμήτωρ τοῦ Χριστοῦ τῆς Ἐκκλησίας, αἰνείσθω ᾄσματι σήμερον. *Hymniloquorum princeps, doctorum contubernalis, ſpiritalium canticorum barmonica, & rectiſſima norma, bene reſonans tuba, eximius melici carminis auſpex, Angelici concentus æmulus, Eccleſiæ Chriſti exornator, canticis bodie celebretur.* Ὕμνοις τοῖς σοῖς νῦν ἐγχειρεῖν, πάτερ, μέλλοντι, ταῖς σαῖς εὐχαῖς κατάπεμψόν μοι χάριν ἄνωθεν, τὸ στενὸν διανοίας, καὶ ἄπορον τῆς γλώττης μου κατευθύνουσαν. *Mibi bymnis tuis, ò Pater, manus jam jim admoventi emitte precibus tuis deſuper gratiam, quæ mentis anguſtiæ, & linguæ inopia dirigantur:* Τὸν σοφὸν μελῳδὸν ᾄσματι λόγων μέλψωμεν, τὸν γλυκὺν ὑμνῳδὸν ἄνθεσιν ὕμνων στέψωμεν, ὡς τῆς Ἐκκλησίας ὄργανον θεόπνουν. *Sapientem cantorem canticis verborum concinamus, dulcem bymnograpbum floribus bymnorum coronemus, ceu organum Eccleſiæ divinitus modulatum.* Τὸν ἀῤῥαβῶνα τῆς αἰωνίου μακαριότητος λαμβάνων παρὰ τῆς Θεομήτορος, ἀνθ' ὧν ὑπὲρ τῆς εἰκόνος αὐτῆς, καὶ τοῦ ἐξ αὐτῆς τεχθέντος Χριστοῦ, καὶ τῶν Ἁγίων αὐτοῦ ἠγωνίσω, Ἰωάννη τρισόλβιε, τὴν ἐκτμηθεῖσάν σου δεξιὰν ταῖς ὑπερτίμαις αὐτῆς παλάμαις ὑγιῆ ἀπέλαβες. ἔνθεν καὶ τὴν χάριν εἰληφὼς τῶν τερπνῶν μελισμάτων τὴν πηγὴν ἀνεστόμωσας, καὶ ταύτην ὑμνήσας τὰς ἑορτὰς κατεκόσμησας, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν κατεύφρανας, κορυφαῖος πάντων τῶν μελῳδῶν ἀναδειχθείς. ὅθεν τῶν ἐσόπτρων λυθέντων, τὰς ἀμοιβὰς ἀπολαβὼν, σὺν Ἀγγέλοις νῦν τὰς ὑμνῳδίας μελῳδεῖς,

λῳδεῖς, καὶ πρεσβεύεις ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν. *Æternæ beatitatis arrham a Dei genitrice accipiens pro ijs, quæ pro illius, Chriſtique filij ejus, hujuſque Sanctorum imagine decertaſti, Ioannes beatiſſime, abſciſſam dexteram tuam ex honoratiſſimis e'us manibus ſanam recepiſti; indeque accepto chariſmate jucundarum cantionum fontem recluſiſti, & ea hymnis celebrata, Feſtivitates decoraſti, ac Eccleſiam exhilaraſti, cantorum omnium princeps; quamobrem ſublatis ſpeculis, viciſſim donatus præmio, nunc una cum Angelis hymnos decantas, & pro animabus noſtris interpellas.*

Verum enim vero quam excellens futurum eſſet Joannis in ſacris hiſce canticis componendis ingenium, Deipara Coſmam ejus præceptorem per inſomnium, cujus mentionem fecit recitatum Synaxarium, monuerat, Propheticæ citharæ, Davidico Pſalterio, Moyſis cantico, Mariæ choro, Cherubicis hymnis, Hieroſolymitanarum juvencularum tympanis, quæ ipſe ſcripturus eſſet, carmina æquiparans, præ quibus Orphei poemata inepta, & ſtulta fabularum inſtar traducerentur. Deiparæ ad Coſmam verba recitat Joannes Hieroſolymitanus Scriptor Vitæ Damaſceni. Οὗτος εἰλήφει τὴν προφητικὴν κιθάραν, καὶ τὸ Δαυιτικὸν ἐκεῖνο ψαλτήριον, καὶ ᾄσει ᾄσματα καινὰ, ᾄσματα Κυρίῳ τῷ Θεῷ, ὑπερβαλεῖται τὴν Μωσέως ᾠδὴν τοῖς μελουργήμασι, καὶ τὴν χοραυλίαν Μαρίας. Μῦθος

ελεγ-

ἐλεγχθήσεται τὰ τοῦ Ὀρφέως ἀνόητα μελῳδήματα. τὴν πνευματικὴν, καὶ οὐράνιον μελουργίαν οὗτος ᾄσεται. τοὺς Χερουβικοὺς ὕμνους οὗτος μιμήσεται, καὶ πάσας τὰς Ἐκκλησίας, τὰς θυγατέρας Ἱερουσαλὴμ, αὐτὸς νεάνιδας τυμπανιστρίας ποιήσεται, ᾀδούσας ᾆσμα καινὸν Θεῷ. His commonitus Coſmas Joannem excolendæ poeſeos dato divinitus talento uti illico permiſit; id enim quemadmodum, antea vetuiſſet, & quam ſevere in alumnum ob violatam ſemel legem animadvertiſſet, narratur in eadem Vita. Quidam ſiquidem fraterni funeris acerbitate preſſus, enixe Joannem rogavit, ut levandi doloris, animique ſui excitandi gratia modulum aliquem conderet, δυσωπεῖ δὲ τοῦτον ὁ πενθῶν, καί τι αὐτῷ μελουργῆσαι ἐξοπάριον ἐκλιπαρεῖ, παρηγοροῦν τὸ πένθος, τὴν ψυχὴν καταψῶν. Primum reſtitit Joannes, dein improbis precibus victus, contra moderatoris præceptum annuit, ac funebre carmen compoſuit, idque ita concinnum, ut omnium deinceps ore frequentari ſueverit; ἐξοπάριον αὐτῷ ἐπὶ νεκρῷ συντίθησιν ἐναρμόνιον, ὃ καὶ μέχρι τοῦ νῦν παρὰ τοῖς πάντων στόμασιν ᾄδεται. Solum carminis initium profert Joannes Hieroſolymitanus, at integrum recitat Conſtantinus Acropolita in Encomio ſancti Joannis Damaſceni, quod ita ſe habet.

Πάντα ματαιότης τὰ ἀνθρώπινα,
Ὅσα οὐχ ὑπάρχει μετὰ θάνατον.
Οὐ παραμένει ὁ πλοῦτος, οὐ συνοδεύει δόξα.

Ἐπελ-

Ἐπελθὼν γὰρ ὁ θάνατος ταῦτα πάντα ἐξηφάνισε,
Διὸ Χριστῷ τῷ ἀθανάτῳ βοήσωμεν
Τοὺς μεταστάντας ἐξ ἡμῶν ἀνάπαυσον.
Ἔνθα πάντων ἐστὶν ἡ σωτηρία.

Humana omnia vanitas, quæ non exiſtunt poſt mortem. Non manent opes, non comitatur gloria. Ingruens enim mors cuncta hæc evaneſcere facit. Immortali igitur Chriſto clamemus: Tranſlatis hinc præſta requiem, ubi omnium ſalus eſt. Dum prædictum carmen intra cellam ſuccineret Joannes, Coſmas forte ſuperveniens, ſuavem hunc ſonum excepit, ὁ δὲ ἐντὸς τῆς κέλλης ἐναρμονίως ὑπῆδε τὸ εἰρημένον ἑξαπάτειον, καὶ ὁ γέρων ἐκτὸς πεφθακὼς τὴν μελουργικὴν φθογγὴν ἐκείνην ἐνωτίζεται. Quo circa multa ira commotus, Joannem verſibus contra ejus imperium operam dantem, acriter primum redarguit, dein e cella ejecit, ac pro impetrando reditu Cœnobij latrinas eidem expurgandas demandavit; moxque Joannes dicto parens cum obedientia ſinceram quoque, & profundam humilitatem exhibuit. Inſomnium, de quo ſupra, non multo poſt ſubſecutum eſt.

Ea Damaſceni in Eccleſiaſticis cantionibus conſcribendis excellentia, Melodi, ſive Cantoris nomen eidem accerſivit, teſte Cedreno in Compendio Hiſtoriar. ad annum x. Leonis Iſauri, διὰ τὸ μελῳδῆσαι τὰ ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις τῶν Χριστιανῶν τετυπωμένα ψάλλεσθαι, ac tanti habita fuit, ut Suidas in Lexico v.

Ἰωάννης

Γωάννης diſerte affirmet, illius Canones tum Jambis vinctos, tum ſoluta oratione compoſitos, nullam cum aliorum carminibus comparationē admiſiſſe, nec uſque ad ævi finem admiſſuros, σύγκρισιν οὐκ ἐδέξαντο, οὐδὲ δέξαιντο μέχρις ἂν ὁ καθ' ἡμᾶς βίος περαιωθήσεται.

Quoniam vero Cantica Triodij ſub Joannis Monachi nomine recitata, Damaſceni cognomentum omittunt, jure in dubium vocari poſſe quiſpiam exiſtimaverit, num ea vere tribuenda ſint Joanni Damaſceno. Simili de cauſa Barlaami, & Joſaphati Hiſtoriam Joannis Damaſceni fœtum non eſſe, contendit Matthæus Raderus Iſagoge ad Scalam Joannis Climaci cap. 1. ſed Joannis Monachi e Cœnobio ſancti Sabæ, quod illi ſcilicet in pluribus Codicibus manu exaratis ſolum Joannis Monachi nomen pręfigatur. Attamen cum in alijs genuinis Damaſceni monumentis, Damaſceni cognomen haud raro in eorum epigraphe omitti certo conſtet, quorum aliqua *Ioannis Monachi* Γωάννου Μοναχοῦ, alia *Ioannis Presbyteri* Γωάννου Πρεσβυτέρου, alia *Ioannis minimi* Γωάννου ἐλαχίστου, alia tantum *Ioannis* Γωάννου inſcriptione notantur, patet ex ea prætermiſſione minime conſequi, Joannem Monachum Quadrageſimalium hymnorum Auctorem, alium a Damaſceno eſſe cenſendum; quæ ipſa ratio Allatium movit in Opere de Libris Apocryphis ad vindicandam

Joanni Damaſceno Barlaami, & Joſaphati Hiſtoriam, tametſi in nonnullis Manuſcriptis eidem Damaſceni epigraphe deeſſe comperiatur.

Occurret fortaſſe poſt Joannem Cœnobitam ſancti Sabæ, alius Joannes itidem Monachus cognomento Arclas, cui quemadmodum nonnulli ab Allatio in laudato Opere citati Carmen in Pentecoſten ſub Joannis Monachi nomine recitatum adſcribunt, ita quoque adſcribi poſſe Triodij cantica, Joannis nomen præferentia, alij exiſtimabunt. At diſpar omnino eſt ratio, nam Joannes author Carminis illius in Pentecoſten, in quibuſdam Codicibus Manuſcriptis *Arclas* indigitatur, quod cognomentum nuſquam Joanni authori hymnorum Quadrageſimalium appoſitum reperimus; præterquam quod veroſimilis prorſus conjectura eſt, quam ex communi Græcorum ſententia profert Allatius, Arclam iſtum eſſe ipſummet Damaſcenum.

Qui Quadrageſimalia Joannis Monachi Cantica Damaſceno abjudicet, ſibique aſſerat, tertius prodit Joannes, Μαυρόπους, a nigris pedibus dictus, primum Monachus, deinde Euchaitarum Metropolita, quem certo conſtat ſacris hujuſce generis hymnis conſcribendis operam navaſſe. Prodierunt ejus Poemata Aetonę prope Vindeſoram opera Matthæi Buſti, qui in

Co-

Digitized by Google

Codicis ſui veſtibulo Joannem hoc elogio commendatum reperit. Ἀνὴρ δὲ σοφώτατος, καὶ ἁγιώτατος ὢν συνέγραψε πλείους τῶν λόγων, καὶ ἐπιστολὰς, καὶ στίχους Ἰαμβικοὺς, καὶ ἄλλα πολλὰ λόγου, καὶ χάριτος ἄξια, καὶ πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων ἐξεπαίδευσε, πεπληρωμένος ὢν τῆς τοῦ παναγίου πνεύματος χάριτος. *Vir erat ſapientiſſimus, ſanctiſſimuſque, qui plures ſermones, & epiſtolas, & carmina Iambica, aliaque multa, precio, & æſtimamatione digna conſcripſit, plurimoſque erudivit, ipſe ſacroſancti Spiritus gratia repletus.* Plures Joannis Euchaitenſis Canones, ſive Cantica ad Chriſtum Salvatorem, ad beatiſſimam Virginem Deiparam, ad S. Angelum Cuſtodem, ad S. Joannem Baptiſtam continentur in Cod. Theol. LXXVIII. Bibliothecæ Vindobonenſis juxta Neſſelium, & in Codice CIII. habentur ſacra Jambica, quibus præfixa eſt vitæ ipſius Epitome. Cum autem in Triodio, quod in hoc priore Tomo exhibemus, primum Canticum, quod Joannis Monachi nomine inſignitum occurrit, Theodori Martyris cognomento Teronis encomium complectatur, primo Quadrageſimalium Jejuniorum Sabbato in Eccleſia Græca celebratum, veheemens inde orietur ſuſpicio, ejus ſpeciatim Cantici authorem fuiſſe Joannem iſtum Mauropoda, propterea quod Euchaitarum urbs, cujus ipſe Epiſcopatum gerebat, eumdem Theodorum primarium Patronum venera-

retur. Major adhuc incidet ſuſpicio, ſi animadvertamus Joannem Euchaitam re vera hymnos in Theodori Teronis laudem ſcripſiſſe; qui enim leguntur in editis Triodij exemplaribus eodem Sabbato primo Jejuniorum, ſub expreſſa Joannis Euchaitarum Metropolitæ epigraphe conſignantur. Ex quo obvium videtur arguere, eumdem eſſe Joannem Monachum, ſub cujus nomine recitatur Canon Theodoro ſacer in Triodio Barrberino, ac alius Joannes itidem Monachus, & Euchaitarum Metropolita, ſub cujus nomine alij duoCanones eidem Martyri ſacri, eademque die in excuſis exemplaribus proferuntur. Joannes iſte alibi etiam Theodori Teronis laudes celebravit, namque Allatius in Diatriba de Symeonum ſcriptis pag. 82. recenſet ejus Sermonem, εἰς τὴν μνήμην τῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου, καὶ τὴν τοῦ πρωτοσαββάτου ἡμέραν ἐν Εὐχαΐταις. *In memoriam ſancti magni Martyris Theodori, & in diem primi Sabbati in Euchaitis*; & alium ejuſdem argumenti pag. 99. Nihilominus Triodij Cantica nudam Joannis Monachi epigraphen præferentia, cur minime tribuenda cenſeam Joanni Euchaitarum Metropolitæ, plures ſunt cauſæ. Primum, quia cum ætas, qua floruit Joannes Euchaita, undecimum ſcilicet Sęculum, cum ætate Codicis, quem vulgamus, ferme conveniat, nulla conjectura induci poſſumus ad creden-

dendum , illius Hymnodias vix ab Scriptoris calamo profectas, Eccleſiaſticarum Precum Voluminibus inſertas fuiſſe; nec enim Joannis Euchaitæ nomen aut in Codice Barberino , aut in alijs, quamvis non adeo antiquis, uſquam apparet. Deinde, quia Joannis Euchaitæ Scriptis, quorum plura, præter ea, quæ leguntur in Editione Ætonenſi, recenſet Allatius in Diatriba mox commemorata, nec ſemel nudum Joannis Monachi nomen in epigraphe apponitur, quod Damaſceni Operibus appoſitum quandoque reperitur, ſed Auctor diſertis verbis *Joannes Euchaitarum Metropolita* nuncupatur. Præterea Joannem Monachum ab Joanne Euchaita ſatis aperte edita Triodij exemplaria diſtinguunt, dum laudatos Canones in honorem Theodori Teronis Sabbato primo Jejuniorum ſub Joannis Euchaitarum Metropolitæ nomine conſignant, eademque in quibuſdam Odis Sabbato Lazari recitatis, ſolum Joannis Monachi nomen repræſentant. Accedit Leonis Allatii auctoritas; hic enim licet in Opere de Libris Apocryphis tradat, Canones, qui in libris Eccleſiaſticis Græcorum ſub Joannis nomine leguntur, non eſſe omnes Damaſceni, idque vel ex eo evinci, quod plerique eo nomine, & præſertim Joannes Mauropus argumentum ſimile pertractaverint; attamen in volumine, quod Sym-

mi-

micta inſcripſit , inter Opera ſancti Joannis Damaſceni recenſet ipſemet Canonem in ſanctum Theodorum Teronem ; quem Canonem, in promptu eſt judicare , illum ipſum eſſe , qui, ut ſuperius diximus, in Manuſcriptis Codicibus Sabbato primo Jejuniorum recitatur . Atque eo quidem libentius Joannis Monachi nomen ad Damaſcenum potius, quam ad Euchaitam traho, quo ex hujus ætate, nam vixit temporibus Michaelis Cærularij, Photiani Schiſmatis in univerſam Eccleſiam Orientalem impij propagatoris, in dubium revocari poſſe videtur, num orthodoxus fuerit, an unus ex illis Epiſcopis , qui auctore eodem Michaele Romani Pontificis nomen Diptychis exemerunt; cujus ſceleris reus ſi revera perageretur, ejus nomen, æque ac Cantica ab eocompoſita , a ſacrorum Officiorum voluminibus ſane forent expungenda. Porro ſchiſmate laboraſſe Joannem Euchaitam , veroſimiliter conijcere licet , præter ætatem,etiam ex laudibus, quibus Conſtantinum Monomachum in Jambis ſuis cumulans, eum inter cetera Pium , Fidelem , Orthodoxum nuncupat

Πιςὸς Βασιλεὺς, εὐσεβὴς Αὐτοκράτωρ,
Σέβαςος, Ὀρθόδοξος ὁ Μονόμαχος.

Hunc ſiquidem Imperatorem Leo Allatius Diſſert. II. de Libris Eccleſ. pag. 153. merito inter cru-

crudeliora monſtra, quæ in Eccleſiam Latinam Græcia tulit, una cum Alexio Comneno, & utroque Andronico ſeniore, & juniore recenſet; nam quamvis Monomachus Pontificios Legatos pro Eccleſiaſtica pace concilianda Conſtantinopolim miſſos honorificentiſſime ſuſceperit, librum a Niceta Pectorato contra Romanam Eccleſiam editum incendi coram iiſdem probaverit, eoſque poſt latam coram univerſo populo, & Clero adverſus Cęrularium, Leonem Acridanum, eorumque ſectatores excommunicationem Romam redituros ab ejuſdem Cęrularij inſidijs liberaverit, quamvis, inquam, hæc primum peregerit, eum tamen Schiſmati poſtea faviſſe, docet Georgius Metochita apud eumdem Allatium lib. adverſus Nottingerum pag 453. narrans, quod occupatis a Roberto Siciliæ rebus, cum fruſtra auxilium adverſus Normannos a Romano Pontifice Monomachus popoſciſſet, hujus indignationis adverſus Papam inde exortæ occaſionem arripiens Michael Cęrularius, Synodo mandato Principis coacta, anathemata in Legatos Sedis Apoſtolicæ tulit, & nomen Romani Pontificis annuente Monomacho expunxit, *τὴν ἐκκοπὴν τοῦ ὀνόματος τοῦ Πάπα παραυτίκα ποιησάμενος, καὶ τὸ πᾶν ἀπεντεῦθεν δραματουργήσας τοῦ σχίσματος*, *Papæ nomen ipſo facto eraſit, inde diſſenſionem molitus*. Contendit quidem alibi Allatius

eam

eam Synodum a Conſtantino Monomacho non ſolum non probatam, imo nec ipſo imperante celebratam fuiſſe; at non vacat hic loci in hęc fuſius inquirere, eoque magis, quod non certa argumenta adverſus Joannis Euchaitæ orthodoxiam, ſed ſolas conjecturas proponimus. Hujuſmodi etiam eſt intima Monomachi familiaritas cum Michaele Pſello, quem promovendo Schiſmati operam omnem poſuiſſe, pro comperto eſſe debet, nam in hujus Capitibus Theologicis, a Joanne Gerardo Voſſio citatis, Dogma de Proceſſione Spiritus ſancti a Patre, & Filio reprobatur, & in ejuſdem Oratione in laudem demortui Cęrularij pronunciata, quæ ex Regia Lutetiæ Bibliotheca citatur, eo potiſſimum nomine infeſtus hic Patriarcha laudatur, quod propter illud Dogma a Romana deſciverit Eccleſia. Videſis Lequienium in Diſſertatione prima Damaſcenica num. xxx. & xxxi.

Equidem Damaſcenum longe celebrius, præ Euchaita, in ſacris hymnodijs concinnandis ſibi nomen comparaſſe, ac proinde illum potius, quam hunc eorum Canticorum auctorum habendum eſſe, in quibus ſola Joannis Monachi epigraphe exhibetur, novum nobis ſuppetit teſtimonium ex ſuperius citato Conſtantini Acropolitæ Sermone Encomiaſtico in eumdem Damaſcenum, nam ibi hæc leguntur. *Κοσμεῖ μὲν*

οὖν

ὃν τὰ πρῶτα τοῖς στιχηροῖς αὐτοῦ μελῳδήμασι τὴν τοῦ Σωτῆρος φαιδρὰν ἐξανάστασιν, καὶ οὐχ ἁπλῶς οὕτω κοσμεῖ, πολυειδῶς δὲ καὶ ποικίλως μελῶν τε διαφόροις εὑρέσεσι, καὶ θαυμαστῶς οἵως ἐναλλαττομέναις ἐγγύτησι. κἂν ταῖς λοιπαῖς δὲ τῶν πανηγύρεων, ἐφ᾽ αἷς ὁ εὐσεβὴς λεὼς ἐνθεάζομεν, ἕν τι πάντως προστιθέντες τῶν ὅσαπερ ὁ Δεσπότης, καὶ ῥύστης ἐνανθρωπήσας διατετέλεκε, καὶ τὰ εἰκότα ἐπαγαλλόμενοι, κάλλιστά τε, καὶ πλεῖστα ξυνέθετο. Πρὸς δὲ καὶ μνήμας Ἁγίων τοῖς ὁμοίοις λαμπρῶς κατεκόσμησε, μόνον οὐκ ἐπαίρει πάντας πρὸς ζῆλον τὸν ὅμοιον, καὶ ὑπαλείφει πρὸς τὴν αὐτὴν μίμησιν. καὶ γάρ πως ἀνδρείους τίθησι κατὰ Μάρτυρας, εἴπω ἂν τύχοι τῶν Μαρτύρων συνήρων τὸ ὑμνητήριον, καὶ πρὸς ἅπαν δὲ προσπαθεῖς σαρκικόν τε, καὶ γήινον, κατὰ τοὺς ὁσίως, καὶ ὑπὲρ τὰ τῇδε βιώσαντας εἴ τινι πάλιν τῶν οὕτωσὶ ζησάντων τοὺς αἰνετηρίους εἴη συνθέμενος. καὶ καθωραΐστας τοῖς ᾄσμασιν ἄλλους ἁπλῶς ἐξ ἄλλων τούς τ᾽ ᾄδοντας, τούς τ᾽ ἀκρωωμένους μεταποιεῖ, καὶ συνάμα πάντας πρὸς τὸ κρεῖττον, καὶ θειότερον μεταστοιχειοῖ.

Exornavit ergo primum concinnis ſuis melodijs præclaram Salvatoris Reſurrectionem, idque non ſimpliciter, ſed multifarie, & diverſimode inventione variarum cantionum, alternaque earumdem inter ſe mirabiliter connexarum viciſſitudine. Sed & pro reliquis Feſtis, quibus religioſa plebs congregamur, unum aliquod nobis proponentes eorum myſteriorum, quæ Dominus, ac Redemptor noſter homo factus complevit, & qua par eſt lætitia exultantes, plurima, eaque pulcherrima compoſuit. Deinde etiam Sanctorum memorias ſplendide honeſtavit, ita ut tantum non omnes ad ſimilem zelum evehat, atque

ad ipſam eorum imitationem diſponat. Facit enim ad exemplum Martyrum generoſos, ſi qui ad concinendos Martyrum hymnos acceſſerint, & ad omne, quod terrenum, vel carnale eſt affectos, ſimiles iis facit, qui iſtis ſuperiores ſancte vixerunt, quandocumque laudatorias de iis componit Odas, qui vitam ſic egerunt: eoſque ſuis glorificans cantibus, alios ex aliis canentes dico & audientes, ſimul omnes ad meliora, & diviniora transfert.

THEOPHANES quorumdam & ipſe Quadrageſimalium canticorum auctor, Melodus, æque ac Joannes Damaſcenus, cognominatus fuit, ut tradit loco ſuperius laudato Cedrenus, & ipſe propter ſacros hymnos, qui ab eo compoſiti in Eccleſiis canebantur; Poetam pariter nuncupat epigraphe Vitæ Theodori Grapti die XXVII. Decembris in Menæis, his verbis expreſſa, τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ Γραπτοῦ, καὶ αὐταδέλφου Θεοφάνους τοῦ Ποιητοῦ.

Encomium Theophanis eadem Menæa die XI. Octobris cum Theodori ejus fratris encomio junctum proponunt hoc pacto. Οὗτοι γονέων ὑπάρχοντες εὐσεβῶν τὴν Παλαιστίνην οἰκούντων, καὶ τὴν φιλοξενίαν ἐπιμελουμένων, τῇ τῶν γονέων σπουδῇ πᾶσαν φιλοσοφίαν ἐξεπαιδεύθησαν, τήν τε ἱερὰν, καὶ τὴν Ἑλλήνων. καὶ τὸν μοναστὴν ὑπῆλθον βίον. εἶθ' οὕτως χειροτονοῦνται πρεσβύτεροι. Θεοφίλου δὲ τοῦ δυσσεβοῦς κατὰ τῶν ἁγίων Εἰκόνων λυττήσαντος, καὶ κωλύοντος ταύτας προσκυνεῖν, ἀποστέλλονται οὗτοι οἱ πάνσοφοι παρὰ

τοῦ

τοῦ τηνικαῦτα πατριαρχοῦντος τῆς ἁγίας πόλεως πρὸς τὸν μισόχριστον Βασιλέα μετὰ λιβέλλου. οὗ κατὰ πρόσωπον στάντες, καὶ θεομάχον αὐτὸν ἀπελέγξαντες, ἐγκλείονται ἀμφότεροι ἐν τῇ εἰρκτῇ ἐπὶ πολὺν χρόνον. εἶτα τὸν μακάριον Θεόδωρον ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου ὁ ἀνόσιος ἐφ' ἑαυτὸν καλέσας, καὶ τύψας σφοδρῶς, καὶ ταῖς ὄψεσιν αὐτοῦ ἐγκολάψας στίχους Ἰάμβους, πάλιν τῇ φρουρᾷ παρέπεμπε. Θεοφάνην δὲ τὸν ἅγιον τὰ αὐτὰ τῷ ἀδελφῷ πεπονθότα εἰς Θεσσαλονίκην ὑπερορίζει. ὃς μετὰ τὴν καταστροφὴν τοῦ δυσσεβοῦς Θεοφίλου ἀνακληθεὶς ὑπὸ Μιχαὴλ, καὶ Θεοδώρας τῶν πιστῶν Βασιλέων προβάλλεται Μητροπολίτης τῆς κατὰ Νικαίαν Ἐκκλησίας παρὰ Μεθοδίου Πατριάρχου τοῦ τὴν Χριστιανομάχον αἵρεσιν καταλύσαντος. καὶ οὕτω θεοφιλῶς τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ τὸ ποίμνιον κυβερνήσας, τῆς παρούσης ζωῆς παείσαται. *Hi* [Theophanes , & Theodorus] *piis parentibus orti Paleſtinæ incolis, atque hoſpitalitatem ſectantibus, eorum cura omnibus tum ſacræ, tum græcanicæ Philoſophiæ preceptis eruditi, monaſtico dein ſe addixerunt inſtituto, atque ita demum per manus impoſitionem presbyteri inſtituuntur. Impio autem Theophilo adverſus ſanctas imagines furente, eaſque adorari vetante, hi ab illius temporis Civitatis ſanctæ Patriarcha ad Regem Chriſti oſorem cum libello ablegantur; quem cum veluti infeſtum coram coarguiſſent, ambo in arctam cuſtodiam detruſi diu macerantur. Dein impius Rex rurſus ad ſe advocans beatum Theodorum, hunc verberibus male acceptum, ac ejus fronti verſibus Iambis inſculptis, rurſus cuſtodiæ mandavit; Theophanem au-*

autem, qui paria paſſus fuerat, Theſſalonicam relegat. Hic mortuo ſceleſto Theophilo, a fidelibus Regibus Theodora, & Michaele revocatus, Metropolita Nicænæ Eccleſiæ renunciatur a Methodio Patriarcha, cujus opera Chriſtianis infeſta hæreſis deſierat. Itaque cum eam Eccleſiam, ac gregem religioſe gubernaſſet, ex hac vita commigravit.

Hæc fuſius narrantur in Vita ſancti Theodori Grapti a Combefiſio in Manipulo Originum, Rerumque Conſtantinopolitanarum ex Codice Bibliothecę Regiæ Pariſienſis; unde ea tantum deſumemus, quæ faciunt ad egregiam in pangendis ſacris canticis peritiam, qua Theophanes una cum Theodoro fratre excelluit, dignoſcendam, atque commendandam. In hujus Theodori Epiſtola ad Epiſcopum Cyzicenum Fidem Vitę inſerta, legimus, quod, cum Jambi eratrum frontibus inſculpendi non adeo elegantes Præfecto viderentur, de hoc nihil ſollicitum eſſe debere Chriſtodulum eorum auctorem, Theophilus Imperator dixerit, Κᾂν μὴ ὦσι καλοὶ, μή σοι μελέτω; quodque alius, qui aderat, ei adblandiens ſubjunxerit, illos ne dignos quidem eſſe Jambis elegantioribus, οὐδὲ ἄξιοι εἰσὶν, ὦ Δέσποτα, οὗτοι, ἵνα καλλίες ὦσιν οἱ Ἴαμβοι. Quæ ea de cauſa dicta fuiſſe affirmat Theodorus, quod non lateret, quam accurate in componendis, atque edendis Verſibus ipſe, eiuſque frater Theophanes

nes verſati eſſent , & quam illis proclive foret iſtos irridere. τοῦτο δὲ εἴρηκεν εἰδὼς, ὡς ἄριστα ἡμῖν ἤσκηται ἡ τῶν ποιητικῶν σκεμμάτων ἀκρίβεια, καὶ εἰς ὅσον καταγελασθήσονται πρὸς ἡμῶν. Verſus ibidem recitati ita ſe habent .

Πάντων ποθούντων προστρέχειν πρὸς τὴν πόλιν,
Ὅπου πάναγνοι τοῦ Θεοῦ Λόγου πόδες
Ἔστησαν, εἰς σύστασιν τῆς οἰκουμένης,
Ὤφθησαν οὗτοι τῷ σεβασμίῳ τόπῳ
Σκεύη πονηρὰ, δυσδαίμονες πλάνης.
Ἐκεῖσε πολλὰ λοιπὸν ἐξ ἀγνωσίας
Πράξαντες αἰσχρὰ δεινὰ δυσσεβοφρόνως,
Ἐκεῖθεν ἠλάθησαν ὡς Ἀποστάται.
Πρὸς τὴν πόλιν δὲ τοῦ κράτους πεφευγότες,
Οὐκ ἐξαφῆκαν τὰς ἀθέσμους μωρίας.
Ὅθεν γραφέντες, ὡς κακοῦργοι, τὴν θέαν
Καταστίζονται, καὶ διώκονται πάλιν.

Cum omnes Urbem adire cupiant , ubi Verbi Dei ſtetere pedes puriſſimi , ut orbis terrarum conſtet , Iſti venerando loco apparuere , vaſa mala , errorem male docti . Ceterum cum illic multa ex imperitia perpetraſſent turpia , flagitioſa , impia ſapientes , inde velut deſertores expulſi fuere . Cum vero ad Urbem Imperij profugiſſent , a nefaria ſtultitia haud quaquam diſceſſerunt . Quare literis , ceu ſceleſti , in fronte notati damnantur , atque iterum expelluntur . Horum Jamborum auctorem alium a Chriſtodulo prodit vetuſtiſſimus Codex Vaticanus

nus, quem ex Leone Allatio laudat Combefiſius in citato Manipulo pag. 185. hanc dictis Jambis epigraphem apponens, Στίχοι Θεοφίλου γραμματικοῦ ἀνθρώπου γεγονότος τοῦ θεοστυγοῦς Θεοφίλου τοῦ Βασιλέως, οἱ καὶ γραφέντες εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ ὁσίου Θεοδώρου τοῦ Γραπτοῦ ἀδελφοῦ γεγονότος τοῦ Κυρίου Θεοφάνους τοῦ ποιητοῦ. *Verſus Theophili Grammatici hominis Deo exoſi Theophili Imperatoris, qui & ſcripti ſunt in facie ſancti Theodori Grapti, qui fuit frater Domni Theophanis Poetæ*. Ex eadem Vita docemur, expoſitione Canonum, quos Theophanes cecinerat, multos reliqui vulgi, adhuc autem & Senatorij ordinis Conſtantinopoli, quo revocati fuerant ſancti Fratres a Michaele Balbo poſt mortem Leonis Armeni, ad ſanam ſententiam traductos fuiſſe, διὰ τῆς τῶν Κανόνων ἐκθέσεως, οὓς Θεοφάνης ὁ γνήσιος ἀδελφὸς ἐμελῴδησε. Memorantur etiam ibidem encomia, & cantica, quibus fratris funus proſecutus eſt Theophanes, atque Canones, in quos ejuſdem certamina retulit, partim quidem pro lugubri planctu, atque nænia laudum cantica proponens, partim vero etiam eorum, qui convenerant, deſiderium ſolatus. Ἔτι καὶ ἐν Κανόσι τὰ αὐτοῦ παλαίσματα καταλέγει. ἅμα μὲν ἀντὶ θρηνῳδίας, ὡς μὴ θέμις ὄν, τὴν ὑμνῳδίαν παρατιθείς, ἅμα δὲ καὶ τῶν συνεληλυθότων τὸν πόθον παραμυθούμενος. Extat hujuſmodi Canon in Menæis die XXVII. Sept; cujus ſingularum ſtropharum literæ primæ hunc ſen-

ſum

ſum reddunt Τοὺς σοὺς, ἀδελφὲ, γνησίους πλέκω κρότους. *Veras tuas, frater, necto laudes.*

At longe luculentius melliflua Theophanis carmina in Odis, quas in ejus laudem Menæa die Octobris prædicta decantandas proponunt, celebrantur, ex quibus ſequentia excerpſimus Troparia. Ὡς φωστὴρ διαυγέστατος τῷ πυρσῷ τῶν δογμάτων σου καταλάμπεις ἅπασαν τὴν ὑφήλιον, δαβιτικῶς τὴν κινύραν σου κινῶν, ἐμελῴδησας τῶν Ἁγίων τοῦ Χριστοῦ ἀξιέπαινα ᾄσματα. *Ceu fulgidiſſimum luminare, doctrinarum tuarum ſplendore univerſam terram illuſtras, citharam tuam, velut alter David, modulatus, Sanctos Chriſti dignis laude carminibus celebraſti.* Ὑπάρχων ὡς ἥλιος θεαυγεῖς μαρμαρυγὰς, παμμάκαρ, ἐξαπέστειλας, ἀνυμνῶν τῶν Μαρτύρων τοὺς αἰκισμοὺς, στρεβλώσεις, καὶ μάστιγας, καὶ τοὺς ξένους ἀγῶνας, Ἱεράρχα Χριστοῦ. *Solis inſtar, radios divinitus rutilantes emiſiſti, o beatiſſime, hymnis canens Martyrum plagas, torſiones, & verbera, ac mira certamina, o Chriſti Sacerdos.* Τὴν πάναγνον Δέσποιναν εὐφημῶν εἰλικρινῶς τῇ γλώσσῃ σου, Θεόφανες, ἐκελάδησας λόγους φωτοειδεῖς, Πιστῶν τὰ συστήματα, καὶ σοφῶν τὰς καρδίας ἱλαρύνοντας. *Puriſſimam Dominam pura tua, Theophanes, lingua concelebrans, lucidos ſermones ceciniſti, Fidelium cœtus, ac ſapientum corda exhilarantes.* Οἱ ποταμοί σου τῶν λόγων τῶν μελιῤῥύτων, Θεόφανες, τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς εὐφροσύνης ἐνθέου ἐπλήρωσαν. *Mellifluorum ſermonum tuorum fluenta, Theophanes, hominum animos divina lętitia repleverunt.*

Ο'

Οʻ νοῦς ὁ θεῖος, ἡ τοῦ Πνεύματος τοῦ παναγίου λύρα ἡ παναρμόνιος, ἀηδὼν ἡ καλλικέλαδος. *Mens divina, beatiſſimi Spiritus modulatiſſima lyra, feſtive canens luſcinia*. Ἡ μυροθήκη ἡ τοῦ Πνεύματος τοῦ παναγίου, Πάτερ, σὺ ἀναδέδειξαι, προσφορᾷ τῶν μυροπνόων σου, καὶ σοφῶν διδαγμάτων ἐξαφανίζεις πλάνης δυσωδέστατον φθορὰν, καὶ μυρίζεις τοῖς λόγοις σου τὴν σεπτὴν Ἐκκλησίαν, κραυγάζων ἀσιγήτως ἐν ὕμνοις. *Sanctiſſimi ſpiritus myrotheca effectus es, o Pater, unguentis fragrantium, ac ſapientum doctrinarum tuarum halitu teterrimam erroris graveolentiam diſſipas, ac ſermonibus tuis venerandam Eccleſiam perungis, in hymnis perpetuo clamans*.

In Triodijs primus Theophanis nomen inſcriptum gerens, Canon eſt Epinicius Dominica prima Quadrageſimæ pro Feſto Reſtitutionis ſacrarum Imaginum, quem Græcum-Latinum edidit Baronius ad an.DCCCXL. Solemnitatis hujus Epocha certo nobis argumento eſt, Theophanem, de quo hic agimus, diverſum eſſe ab alio Theophane ſcriptore Hiſtoriæ Byzantinæ, qui *Iſaacius* a patre, & *Confeſſor* a malis, quæ paſſus eſt, cognominatur. Hos, propterea quod circa eadem fere tempora vixerint, Monaſticumque ambo ſectati fuerint inſtitutum, itidemque pro ſanctarum Imaginum veneratione tuenda certamen inierint, nonnulli inter ſe confundentes unum ex duobus Theophanẽ faciunt. Ea, inquam, Epocha Reſtitutionis Imaginum, prædicti Canonis

nis argumentum palam evincit diſcrimen inter utrumque eſſe conſtituēdum, cum viginti & duobus ſaltem annis ante illud tempus Theophanes Iſacius ex hac vita exceſſerit. Nam quamvis circa extremum hujus annum magnæ affundantur tenebræ, quippe Baronius primo ſtatim Imperii anno ſuſcitatam a Leone Armeno adverſus Imagines Perſecutionem credens, eum figit anno Chr. DCCCXVI.; Jacobus vero Goarus Auctoris incerti appendicem ſecutus coronatum Leonem aſſerentis die X. Jun. Ind. VIII. eumdem biennio poſt collocavit; Henſchenius demum in Commentario ad Theophanis Vitam circa annum DCCCXX.; poſtremum tamen hunc terminum Theophanis ætatem prætergreſſam fuiſſe nemo tueri valeat; cum eo anno e vita exceſſerit Leo Armenus, quo regnante compertum eſt Theophanem Iſacium in inſula Samothrace propter Imaginum cauſam ærumnis, & miſerijs confectum ad Deum evolaſſe. Idcirco Antonius Pagius in Critica ad annum 816. num. 2. cum ex Auctore Vitæ ejuſdem Theophanis retuliſſet, eum duos annos acerbiſſimo defunctum carcere, in Samothracem inſulam deportatum fuiſſe, ubi cum tres ſupra viginti dies egiſſet, tamquam ſuavem hoſtiam communi Domino oblatum expiraſſe, ſubdit, *die, & anno incertis, ante tamen annum* DCCCXX. *quo Leo*

Armenus extinctus eſt, ei enim Imperatorem ſupervixiſſe, docet idem Auctor. Imagines autem nonniſi anno DCCCXLII. reſtitutæ ſunt poſt mortem Theophili a Theodora ejus conjuge, & Michaele filio, cum Synodo ob eam rem celebrata, & Decreto de iiſdem erigendis, & colendis edito, Iconomachi plerique omnes errorem ejurarunt, & in locum Joannis hæretici Patriarchæ exauctorati, Methodius invictus Confeſſor ſuffectus fuit. Uſque ad ea tempora ſuperſtitem quidem fuiſſe Theophanem Abbatem magni Agri tradunt & Sermo hiſtoricus, ſeu Synaxarium, quod prima Dominica Quadrageſimæ in editis Triodiis exhibetur, & alia Hiſtoria de eodem argumento apud Combefiſium Auct. Tom. 2. Utriuſque tamen narrationis levem, aut prorſus nullam eſſe debere auctoritatem, facile quiſque judicabit, ſi animadverterit, eas a recentiori manu eſſe, & præterea in illis alia plura palam commentitia deprehendi. Hiſtoriæ ſiquidem Auctor inter ſanctiſsimos viros, quos Methodius reddita Eccleſiæ pace convocavit, Theodorum *Confeſſorem, ac Præpoſitum Studij* recenſet; at hunc adhuc vigente perſecutione diem obiiſſe, Naucratij ſucceſſoris ejus encyclica Epiſtola, ut alia teſtimonia omittamus, ſatis aperte docet. Recenſet item Theodorum

Gra-

Graptum , quem ex Scriptore ejus Vitæ ex Meneis , ex Logotheta in Chronico , & ex Leone Grammatico in exilio obiiſſe certum redditur. Synaxarium autem licet loco Theodori Studitæ Naucratium habeat , atque Arſacio jungat, qua ratione priorem parachroniſmum emendavit, æque tamen ac Auctor illius Hiſtoriæ peccat in Theodoro Grapto ; & fœdius adhuc , dum Theophanem Abbatem magni Agri cum Theophane noſtro, Melodo inquam , confundit . Cum igitur alijs etiam de cauſis prædictorum Synaxarii , & Hiſtoriæ (de quibus fuſius in alia Diatriba) fides laboret , atque utrumque monumentum multis ſæculis poſt reſtitutas Imagines conſcriptum fuiſſe conſtet , nulla inde deſumi valet conjectura ad ſtatuendum Theophanem Iſacium haberi poſſe auctorem prædicti Canonis Epinicij , quem videlicet liquet , nulla coniectura aſſeri poſſe , uſque ad illud tempus vixiſſe.

Quemadmodum vero Theophanes Abbas magni Agri , quod ad tempora reſtitutionis Imaginum ætate ſua minime pervenerit , auctor laudati Canonis haberi haud quaquam poteſt; ita nec eum ſibi vindicare valebit Theophanes alius , cognomento Cerameus , Tauromenij in Sicilia Archiepiſcopus : propterea quod hujus ætas duobus circiter ſæculis ſubſecuta fuerit ea-

dem tempora. Qui enim Canonem illum compoſuit, ut legenti apertum ſit, Iconomachorum hæreſim ſublatam, & reſtitutum Imaginum decorem Eccleſijs gratulabatur, vivis, atque regnantibus Theodoro, & Michaele, nimirum ante medietatem ſæculi IX. Theophanem autem Cerameum Allatius in Diatriba de Symeonum ſcriptis, adSæculum XI. pertinere demonſtrat, nimirum ad tempora Rogerij Principis, quo præſente dictam fuiſſe probat ejuſdem Theophanis Homiliam die Dominico Palmarum disjectis machinis Franciſci Scorſi, qui in Editione Operum iſtius Theophanis a ſe concinnata, eum inter annum DCCCXLII. & DCCCXCIII. floruiſſe contendebat. Quamvis igitur Theophanes quoque Cerameus argumenta ad divina Officia ſpectantia pertractaverit, Homilias in Evangelia Dominicalia, & Feſta totius anni componens, atque inter eas unam de ſanctis Imaginibus die feſto earum dictam, non ideo cum Theophane Melodo confundendus, nec ei adſcribendus eſt Canon, quo non Rogerius Princeps, ſed, qui ducentis, & amplius annis ante eum regnarunt, Theodora, & Michael, vix Imperii gubernaculis poſt Theophili mortem admoti, celebrantur. Quinam alij Hymni Theophanis nomen in Triodijs inſcriptum habeant, ſuis locis tradetur.

Unum

Unum hic addimus a pluribus jam notatum, Theophanem , ejuſque fratrem Theodorum , quod ab Jambis in eorum frontibus inuſtis Γραπτοὶ appellati fuerint , a quodam indocte nimis , & ruſtice Graptorum Epiſcopos exiſtimatos fuiſſe . Non commentitiam Graptorum, ſed Nicænam Sedem obtinuit Theophanes , quo Epiſcopatu ut dignus cenſeretur , ipſamet frontis ſtigmata ſatis argumenti fuerunt . Cum enim ejus ordinationem quidam ægre ferrent utpote hominis Syri , de cujus orthodoxia certum teſtimonium non ſuppeteret , Methodius Patriarcha, *Ego* , inquit , *nullum aliud melius teſtimonium deſidero , quam quod ille præfert , oſtendens Jambis inſcriptum vultum* , δείξας τὴν ἐν προσώπῳ γραφὴν, ut ſcribit Symeon Logotheta . De Nicæno Theophanis Epiſcopatu , præter Synaxarium ex Mæneis ſuperius recitatum , fidem faciunt alii Scriptores , quibus Auctor Vitæ S. Theodori conſentit , tradens Theophanem , præter divinam in cœlis confeſſionis ſuæ mercedem, aliam in terris quoque , Sedem nimirum Nicænam , retuliſſe . Nec demum omittendum, quod in eadem Vita , proditum reperimus, maxima exiſtimatione utrumque fratrem vel apud Iconomachum Regem floruiſſe , Theophilum, inquam , *Majori enim* (ita ibi legitur) *etſi vano , ac inani , Imperator deſiderio tenebatur , ut ſci-*

ſcilicet Theodorum , ac Theophanem una ſecum ſentientes nanciſceretur , quam ut univerſos ſuæ ditionis teneret , quibuſcum nulla ei opinionum diſſenſio erat . Ἔρως γὰρ εἶχε τὸν Βασιλέα, κἂν κενὸς ᾖ, καὶ μάταιος, Θεόδωρον δήπου, καὶ Θεοφάνην τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ φρονοῦντας ἔχειν, ἢ πάντων ἄρχειν πρὸς οὐδὲν αὐτῷ διαφερομένων.

Pari profecto , quam Theophanes , aliique Hymnographi , quos uſque modo percenſui , exiſtimatione dignus ANDREAS Cretenſis , plurium & ipſe in Triodiis Canticorum auctor . *Andream* (ait Combefiſius in Notis ad ejus Opera pag. 66.) *in Eccleſiaſticis Canticis componendis inter primos cenſendum facile perſpexerit , qui attentius legerit , quos ejus ex variis Græcorum libris Eccleſiaſticis edimus Canones , Triodia , & Troparia* & pag. 369. de Magno Canone , quo Andreas Novi , & Veteris Teſtamenti Hiſtoriam complexus eſt : *Vix habuerint Græci auguſtius avitæ pietatis monumentum , vixque ſe potuerit Vir ſanctiſſimus Andreas vivis magis coloribus , eximiamque cum pari eruditione ſanctitatem , vera cordis humilitate , & compunctione ſolidam depingere*, & pag. 371. de Odis Hebdomadæ ſanctæ ab eodem compoſitis : *Spirant hæ Odæ devotiſſimum quidpiam, ac plane ſacro illi Dominicæ Paſſionis tempore congruum .*

Hæc de eo Menæa die IV. Julii. Ὃς ἐκ πόλεως Δαμασκοῦ ὥρμητο ἐκ θεοφιλῶν γονέων φύς, καὶ πρὸς τὸν τῶν χρημ-

μάτων

μάτων ἐκδίδοται μάθησιν. Οὗτος Θεοδώρου πατριαρχοῦντος τῆς ἁγίας πόλεως κληρικὸς κείρεται, καὶ ὑπογραφεὺς αὐτῷ καθίσταται, καὶ συγκροτηθείσης Συνόδου ἐν Κωνσταντινουπόλει πρὸς αὐτοῦ στέλλεται τοῖς πραχθεῖσι συνευδοκῆσαι. διὰ δὲ τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ γνῶσίν τε, καὶ ἀρετὴν διάκονος τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας καθίσαται. καὶ μετ' ὀλίγον ὀρφανοτρόφος. εἶτα Ἀρχιεπίσκοπος Κρήτης. καὶ ἔν τινι γενόμενος νήσῳ καλουμένῃ Ἱερισσῷ τῇ πλησίον Μιτυλήνης καταλύει τὸν βίον, πάμπολλα συγγράμματα τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ καταλείψας, *Qui* (Andreas) *Damaſci ortum habuit, ex religioſis parentibus natus: atque litterarum ſtudiis imbuendus traditur. Hic, dum Theodorus ſanctæ civitatis Patriarchatum gereret, clericus ordinatur, & ejus ſubſcriba conſtituitur. Coacta autem Conſtantinopoli Synodo, ad eam ab eodem ablegatur, ut Actis aſſentiretur. Dein eruditionis ſuæ, atque virtutis cauſa magnæ Eccleſiæ Diaconus eligitur, & paulo poſt orphanorum curæ præficitur, ac demum Cretenſium Archiepiſcopatu donatur. Dum in inſula Jeriſo nuncupata prope Mitylenen moratur, defunctus eſt, plurimis ſcriptis Eccleſiæ Dei relictis.*

Inter ea non infimum locum obtinuiſſe Cantica Eccleſiaſtica ab eo concinnata aperte produnt nonnullæ ſtrophę, quæ in illius honorem ab iiſdem Menæis dicta die 4. Julii exhibentur, eæque ita ſe habent. Τί σε νῦν Ἀνδρέα καλέσωμεν; Κιθάραν μελῳδοῦσαν τὰ τοῦ Πνεύματος, Κινύραν καταθέλγουσαν τὰ σύμπαντα, νέον Δαυὶδ γνωριζόμενον; *Quidnam*

nam te, Andrea, nuncupabimus, Citharam, quę Spiritus ſunt, modulantem, Lyram univerſa mulcentem, novum Davidem celebratum? Μέλει παναρμονίῳ τὴν σὴν κινύραν κινῶν τὴν Χριστοῦ Ἐκκλησίαν ὑμνολογῶν ἐφαίδρυνας. *Concinno admodum ſonitu lyram tuam quatiens, Chriſti Eccleſiam ſcriptis hymnis lætificaſti.* Ἰθύνας δὲ ἀρετῆς τὸν βίον σου, Ὅσιε, καὶ τῷ θείῳ πόθῳ Θεῷ ἑνούμενος ὄργανον ἐδείχθης λογικόν, πᾶσαν τὴν οἰκουμένην καταλαμπρύνων μελῳδήμασι, θείων θησαυρὸν ἀρρυσάμενος. *Vitam, o Sancte, ad virtutis normam moderatus, Deoque divino amore conjunctus, ſpiritale inſtrumentum evaſiſti, terram omnem concentibus exhilarans, divini hauſtor theſauri effectus.* Γεγονὼς θεῖον τοῦ Πνεύματος ὄργανον, ἡδυτάτοις φθόγγοις ἡδύνεις ἑκάστοτε πάντων τὰς καρδίας ἀνυμνεῖν τὴν Τριάδα, Ἁγίων τὰ τάγματα, καὶ Παρθένον τὴν ἄχραντον ἐν ὑμνῳδίαις ἐκήρυξας. *Divinum Spiritus organum effectus, jucundiſſimis ſonis omnium corda ubique delectas, Trinitatem, Sanctorumque ordines, & Virginem intemeratam hymnis laudare docuiſti.* Νῦν οἱ σεμνυνόμενοι τοῖς σοῖς διδάγμασι, καὶ μελῳδίαις ταῖς θεοπνεύστοις ἱεραῖς ᾀδόμενοι, Ἀνδρέα παμμάκαρ, τὴν μνήμην σου γεραίρομεν. *Nunc doctrinis tuis exornati, ſacriſque cantionibus tuis divinitus inſpiratis deliniti, Andrea beatiſſime, memoriam tuam honoramus.* Αἴγλῃ λαμπρυνόμενος τοῦ θείου Πνεύματος, τὰς τῶν Ἁγίων χοροστασίας παναγίως ᾔνεσας, μεθ' ὧν νῦν ἀγάλλῃ, Ἀνδρέα παμμακάριστε. *Divini Spiritus ſplendore illuſtratus, Sanctorum choros ſanctiſſime collaudaſti,*

tum

cum quibus modo lætaris , Andrea per omnia beatus prædicande . Σαλπίσας ξανῶς τὰ θεῖα μελῳδήματα, ἐδείχθης φωςὴρ τῷ κόσμῳ πλαυγέςατος. *Divinas tuba diſerte modulatus cantiones , fulgentiſſimum luminare orbi apparuiſti .* Ῥημάτων ὁ φθόγγος σου διὰ πάσης ἔδραμε τῆς γῆς. *Verborum tuorum ſonus terram omnem pervagatus eſt .*

Ætati ſancti Andreæ Cretenſis, de qua Eruditorum ſententiæ magnopere variant, detegendæ multum inſerviet alia in iiſdem Menæorum Odis ſtropha , in qua ob ſacrarum Imaginum defenſionem commendatur, quæ hujuſmodi eſt. Ῥητορεύων ἤλεγξας τοὺς ἀθέους ςόματι λαμπρῷ, τῶν σεπτῶν εἰκόνων γὰρ ἐξέφαινας πανχληθῶς, ἱερομύςα, προσκυνήσιν. *Claro facundus eloquio impios refutaſti , venerandarum ſiquidem Imaginum , Myſta ſacer , veraciſſime adorationem explanaſti .* Cum enim per Imperatores Iconoclaſtas Imaginibus nonniſi Sęculo VIII. bellum in Oriente indici cœptum fuerit , inde liquet , quam graviter hallucinentur , qui Andream Cretenſem ad annum DL., vel DLXX. , vel DCXXXV. referendum exiſtimarunt. Poſtremam hanc ſententiam nonnullis ſuaſit Synaxarium Feriæ quintę Hebdomadæ quintæ Quadrageſimæ , ubi Andreas Sophronio Patriarchæ Hieroſolymitano coævus fuiſſe dicitur , ac magnum Canonem illius diei concinnaſſe eo ipſo tempore , quo Sophronius

ſanctæ Mariæ Ægyptiç Vitam conſcripſit, ὅτι καὶ ὁ Πατριάρχης Ἱεροσολύμων ὁ μέγας Σωφρόνιος τὸν τῆς Αἰγυπτίας Μαρίας βίον συνεγράψατο. Ea Imaginum epocha nos docet, multo poſt Sophronii tempora Andream iſtum claruiſſe; conjicimuſque ex illa Theodorum Patriarcham Hieroſolymitanum, a quo clero adſcriptum fuiſſe prodidit ſuperius recitatum ex Menæis elogium, eum ipſum eſſe, qui multo poſt Sophronium thronum illum aſcendit, nimirum circiter medietatem Sæculi VIII. ſeu anno DCCXLI., ut exiſtimat Papebrochius in Hiſtoria Chronologica Patriarcharum Hieroſolymitanorum, quam Tomo tertio Actorum Maii prçfixit, ſeu an. DCCXXXV. quo Pagius Joanni Hieroſolymitano Theodorum ſucceſſiſſe tradit. Suggerunt quidem tabulæ Hieroſolymitanæ, & ex illis Papebrochius alios ejuſdem nominis Patriarchas, at unici modo memorati tempora cum temporibus Andreç Cretenſis congruere, inde quoque veroſimilius redditur, quod ſtudia etiam utriuſque pro tuenda Imaginum cauſa convenerint; Siquidem temporibus Conſtantini Copronymi Theodorum in ea egregie laboraſſe probant Synodicç Fidei literç, quas ille Paulo Romano Pontifici inſcripſit, quaſque hoc defuncto Conſtantinus pſeudo-Pontifex recepit, & quarum exemplar ſeptimæ Synodo ab Orientalium Patriar-

triarcharum Legatis exhibitum fuiſſe conſtat ex ejuſdem Synodi Act. 3.; probat pariter lata ab eodem una cum duobus aliis Patriarchis Antiocheno nimirum, & Alexandrino excommunicationis ſententia in Epiphaniæ Epiſcopum, quod adverſus ſacras Imagines in partes prędicti Conſtantini Copronymi tranſiiſſet, quemadmodum narrat Theophanes ad annum ejuſdem Imperatoris XXIII.

Quod ſi quis auctoritati prędicti Synaxarii deferens contendat Andream Cretenſem vere coęvum fuiſſe Sophronio Patriarchę Hieroſolymitano, nec Theodorum Patriarcham itidem Hieroſolymitanum, a quo Andreas Clericus ordinatus fuit, alium eſſe a Theodoro illo, qui ſedis illius locum obtinebat tempore Synodi VI., nam Conſtantinus Pogonatus Imperator exempla Definitionis in ea Synodo ſancitę, cum ſubſignatione ſua miſiſſe legitur, *Throno ſanctæ Dei Reſurrectionis, ideſt Hieroſolymorum, obtinente locum ejuſdem bonorabiliſſimæ Sedis Theodoro Deo amabili Presbytero*, ſi quis, inquam, hæc contendat, non multum refragabor, eoque magis quod & Synaxarium Vitæ Andreę ſuperius allatum dum, tradit, hunc a Theodoro Patriarcha ad Synodum Conſtantinopoli collectam ablegatum fuiſſe, non aliam quam Synodum ſextam deſignare videtur, ac proinde

non alium Theodorum Patriarcham, quam eum; qui ad ejus Synodi tempora pertinet, a quibus per quinquaginta & amplius annos abſuit Theodorus Patriarcha primo loco recenſitus, auctor prædictæ Synodicæ. Accedit, quod Jambi Euchariſtici ab Andrea iſto conſcripti ad Agathonem Archidiaconum, pro ſibi ad exſcribendos commodatis Actis Synodalibus (quos Gr. Lat. edidit Combefiſius Auctuar. Nov. Tom. II. pag. 235.) oſtendunt Andreæ ætatem cum temporibus Synodi VI. vere convenire. Qui ſententiam hanc amplectetur, ſuſceptam ab Andrea ſacrarum Imaginum defenſionem non ad Leonis, aliorumque Iconoclaſtarum Imperatorum tempora referet, ſed ad præcedentia, in quibus alia adverſus Imagines perſecutio fuerit excitata. Certe ſub Juſtino ſeniore Samaritas hæreticos in ſanctiſſimę Crucis, ac beatiſſimæ Virginis, aliorumque Sanctorum reliquias graſſatos fuiſſe patet ex egregia Epiſtola expoſtulatoria Symeonis Stylitæ Junioris ad ipſum Juſtinum Imperatorem data, quæ recitata eſt in Actis poſterioris Nicænę Synodi Act. I. & quam exſcribit Baronius ad annum DLXXIV. Hac ratione Franciſcus Combefiſius monet, id, quod legitur in Oratione in Circumciſionem ab ipſo inter Andreę opera ceu verum ejus fœtum evulgata: *Inſulæ redemptio-*

ptionem ſuſceperint , inſulæ , inquam , illæ Eccleſiæ , ablatis , abolitiſque per peſtes quaſdam Imaginibus deturpatæ , hæc , inquam , verba monet Combeſiſius in Notis ad eam Orationem , *nihil officere , ut videatur illius Encomii auctor junior Andrea , quique poſt Leonem , & alios Iconoclaſtas vixerit , quibus maxime ſpoliatæ ſunt Eccleſiæ ſuo illo ornatu ; jam enim antea & ſub Juſtino Seniore deſævierant Samaritæ in Imagines in partibus Orientis . Porro videtur veriſimile , ut toties repreſſi Hęretici , Agarenis Syriam invadentibus , ac ſuę ditioni ſubjicientibus , quo tempore Andreas ſcripſit , vixitque , iidem ſocii acceſſerint vexandis Orthodoxis pro hæreticorum more , novumque in ſacras Imagines graſſati ſint .* Ut tamen Sophronio coęvus eſſe potuerit Andreas , & ipſo ſuperſtite magnum Canonem componere , admodum officiunt verba , quę in Encomio Titi eodem auctore leguntur : *Deus noſter coronæ ejuſdem conſortes Imperatores , eodemque ſublimes throno victoriis coronaverit , in longas annorum revolutiones eorum conſervans Imperium* ea enim , ut obſervat Combeſiſius in Notis Juſtinianum II. & Tiberium filium deſignant , qui Imperium obtinuerunt anno Chr. DCCIII. ac proinde annis fere ſeptuaginta poſt Sophronii Patriarchæ Hieroſolymitani exceſſum . Nec leviter etiam eidem chronologię officiunt , quę tem-

tempore dictę Synodi VI., adhuc Monachus Conſtantinopolim a Theodoro Patriarcha miſſus, pro cauſa Catholica adverſus Monothelitas egregie geſſiſſe narratur Andreas in eodèm Synaxario magni Canonis; namque aut dicendum erit Andream omnino adoleſcentem prę̀clarum hoc Græcanicæ pietatis monumentum tēpore Sophronii Patriarchę elucubraſſe, aut eumdem omnino ſenem clericalis vitæ tyrocinium tempore Theodori Patriarchę poſuiſſe, Conſtantinopolitano Clero poſt annum 780. adlectū, dein Diaconum, ſubinde Orphanorum curę præpoſitum, ac demum Cretenſem Archiepiſcopum renunciatum. At, ut dixi, de his ſuum cuique erit judicium.

Pleraque Andreę Opuſcula Gr. Lat. edidit Combefiſius in Auctuar. Noviſs. alia vero in Tomo I. Auctuar. Novi, & Jambos Euchariſticos ad Agathonem ibidem Tom. II. Andream Cretenſem Monachum, *qui*, ut legitur in Martyrologio Romano die 17. Octobris, *ob cultum ſacrarum Imaginum ſub Conſtantino Copronymo ſæpius verberatus, tandem amputato altero pede reddidit ſpiritum*, diverſum eſſe ab illo, qui illuſtris eſt inter Gręcos Scriptores Eccleſiaſticos, cujus celebritas agitur in Menęis quarto Nonas Julii, animadvertit Baronius in Notis ad illum diem. Quam levi autem fundamento hic idem

Scri-

Scriptor cum Andrea Cęſareæ Cappadocum Epiſcopo in unum confundatur a quibuſdam, facile dignoſcet, qui hac de re a Caſimiro Oudinio in Supplem. Eccleſiaſt. Script. tradita ad ſanioris Critices trutinam revocabit.

Jam vero Hymnographos, quo ordine in Barberino Codice occurrunt, recenſentes ad COSMAM Triodii primum auctorem devenimus. Πρῶτος δὲ πάντων (ſunt verba ſuperius allata ex primo Triodii Synaxario, ſeu eorumdem Prologo) τοῦτ᾽ ἐπενόησε τὰς τρεῖς φημὶ τῶν Ὠδῶν εἰς τύπον οἶμαι τῆς ἁγίας, καὶ ζωαρχικῆς Τριάδος ὁ μέγας ποιητὴς Κοσμᾶς ἐν τῇ μεγάλῃ, καὶ ἁγίᾳ τῶν παθῶν τοῦ Κυρίου, καὶ Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἑβδομάδι. *Primus omnium hoc excogitavit, tres, inquam, Odas in figuram, ut reor, ſanctæ, & vivificæ Trinitatis, magnus Poeta Coſmas in magna, ſanctaque Paſſionis Domini, & Dei, ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti hebdomade.* Hunc, quemadmodum Damaſcenum, & Theophanem, Melodi, ſive Cantoris cognomento inſignem fuiſſe tradit Cedrenus in Comp. Hiſtor. ad annum x. Leonis Iſauri; & Suidas in Lexico (ubi de Joanne Damaſceno) tam de hujus, quam de Coſmæ cantionibus ſcribit, nullam admiſiſſe, nec admiſſuras comparationem uſque ad ævi finem, vocaturque ab eo Coſmas iſte, qui uno eodemque tempore cum Damaſceno floruit, *vir ingenioſiſſi-*

ſiſſimus, & omnino ſpirans illam ſuavem modulationem muſicam, Συνήχμασι δὲ αὐτῷ καὶ Κοσμᾶς ὁ ἐξ Ἱεροσολύμων ἀνὴρ εὐφυέστατος, καὶ πνέων μουσικὴν ὅλως τὴν ἐναρμόνιον..

Coſmæ Hieroſolymitani memoriam recolunt Menæa die 14. Octobris, ibique in ſtrophis in ejus honorem compoſitis nil aliud fere, quam ejuſdem in ſacris cantionibus pangendis peritia prædicatur. Quæ inter illas priores occurrunt, nec enim omnes recitabimus, hæ ſunt. Τοῖς ἀκτῖσι τοῦ Πνεύματος ἐλλαμφθεὶς τὴν διάνοιαν, φωτοφόρος γέγονας, ἀξιάγαστε, καταφαιδρύνων τὰ σύμπαντα τῷ κάλλει τῶν λόγων σου, καὶ διδάσκων ἀνυμνεῖν τοῦ Σωτῆρος τὰ θαύματα, ἃ εἰργάσατο θεϊκῇ δυναστείᾳ, καὶ τὰ πάθη, ἃ ὑπέστη ἑκουσίως ὑπὲρ ἡμῶν, ὡς φιλάνθρωπος. *Radiis Spiritus mentem colluſtratam gerens ſplendidus apparuiſti, o admirande, verborum tuorum decore cuncta exbilarans, edocenſque Salvatoris miracula, quæ divina virtute operatus eſt, nec non paſſionem, quam pro nobis ſpontanee pertulit, ut pote benignus, celebrare.* Ἐκκλησία λαμπρυνέσθητω, καὶ τὰ τέκνα συγκάλεσον ὑψηλῷ κηρύγματι συνευφραίνεσθαι. ἡ γὰρ κιθάρα τοῦ Πνεύματος, ἡ λύρα ἡ ἔνθεος συγκαλεῖται μυστικῶς εἰς ἑστίασιν ἅπαντας, τὰ μελίῤῥυτα, καὶ θεόφθεγκτα ταύτης τῶν ᾀσμάτων μελῳδήματα προσθεῖσα, Κοσμᾶς ὁ θεῖος, καὶ ἔνδοξος. *Lætos indue vultus, Eccleſia, & filios advoca, ut de ſublimi præconio una lætentur. Spiritalis enim cithara, divina lyra, ad myſticam menſam omnes in-*

invitat, canticorum ejus melliſluas, & divinitus reſonantes melodias proponens, Coſmas divinus, atque glorioſus. Σάλπιγξ γέγονας, Ὅσιε, κελαδῶν τὰ σωτήρια τοῦ Χριστοῦ τὰ παθήματα, καὶ τὰ θαύματα, καὶ τῆς πανάγνου τὴν κοίμησιν, καὶ πάντας εὐφραίνων ἡδυφθόγγοις σου, Κοσμᾶ, καὶ εὐήχοις ῥήμασι. *Tubæ inſtar, o Beate, ſalutarem Chriſti paſſionem, & miracula, pariterque Immaculatæ dormitionem modulatus es, omneſque exhilaraſti, o Coſma, dulci, atque ſuavi ſermonum tuorum concentu.* Τῶν ᾀσμάτων τοῦ Πνεύματος τὸ ἡδύπνοον ὄργανον, ἡ λύρα ἡ ἔνθεος, καὶ θελκτήριος αὐλὸς τῶν ὕμνων νοούμενος, τέττιξ ὁ πολύφωνος, ἡ εὔηχος ἀηδὼν, ὁ σοφὸς Κοσμᾶς σήμερον προτίθεται τὰς αὐτοῦ θεοπνεύστους μελῳδίας τοῖς Πιστοῖς. *Organum ſpiritalium canticorum ſonum jucundum emittens, divinitus reſonans lyra, & blanda hymnorum intellectualis tibia, plures voces reddens cicada, blandi canoris luſcinia, ſapiens Coſmas, melodias ſuas divinitus inſpiratas hodie Fidelibus proponit.* Ἡ Κιθάρα ἡ ἔμμουσος, χελιδὼν καλλικέλαδος, ἡ νεῦρα ἡ εὔσημος τοῦ μελίσματος, θείων λογίων τοῦ Πνεύματος ὀξύγραφος κάλαμος, τῶν δογμάτων θησαυρὸς, μελῳδῶν τερπνῶν καύχημα. *Cithara mollis, ſuave reſonans hirundo, inclyta muſici modulaminis chorda, divinorum Spiritus oraculorum calamus velociter ſcribens, dogmatum theſaurus, ſuavium Cantorum decus.* Ὑμνοπόλων ὁ ἔξαρχος, διδασκάλων ὁ σύσκηνος, κανὼν ἐναρμόνιος, καὶ εὐθύπατος τῶν μελισμάτων τοῦ Πνεύματος, ἡ σάλπιγξ ἡ εὔηχος, ἡ καλλίστη ἀπαρχὴ τῆς ᾠδῶν

ἐξηχήσεως, ὁ ἐφάμιλλος ὑμνῳδίας Ἀγγέλων, ὁ κοσμήτωρ τῆς Χριστοῦ τῆς Ἐκκλησίας, Κοσμᾶς, κοσμίως ὑμνείσθω μοι. *Hymniloquorum princeps, magiſtrorum contubernalis, harmonica, & rectiſſima ſpiritualium cantionum norma, bene reſonans tuba, præclara Odarum modulaminis origo, Angelicæ hymnodiæ æmulator, Eccleſiæ Chriſti exornator Coſmas, hymnis mihi exornetur*. Σοφίας ἐνδιαίτημα ἡ καρδία σου χρηματίσασα, Κοσμᾶ πανοίδιμε, ὕμνους θεοπρεπεῖς ἐξηρεύξατο, καὶ κρουνοὺς θείων ᾀσμάτων, ὡς πηγὴ πνευματοκίνητος ἀφθόνως ἀνέβλυσεν, ἐξ ὧν ποτιζόμενοι τῆς Ἐκκλησίας οἱ θρέμμοι ἀξιοχρέως εὐφημοῦμέν σε ἐν ὕμνοις ἱεροῖς, ὡς προεξάρχοντα τῶν πνευματικῶν μελῳδῶν. *Sapientiæ domicilium effectum cor tuũ, Coſma celeberrime, hymnos Deo dignos eructavit, & divinorum canticorum rivos, ceu motus a Spiritu fons, luculenter effudit; quibus hauſtis Eccleſiæ alumni, te ſacris proſequimur hymnis, tamquam ſpiritalium cantorum coryphæum*. Alia plura hujuſce generis ibidem ſubſequuntur, quibus, ne hac in parte nimius ſim, omiſſis, Coſmæ elogium eodem loco recitatum exhibeo, ut quiſnam fuerit, quibuſve temporibus vixerit celeberrimus hic Græcorum Hymnologus, dignoſcatur. Οὗτος ὁ ἅγιος προσλαμβάνεται κομιδῇ νέος ὢν παρὰ τοῦ πατρὸς τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ ὡς υἱοποιητός. ὃς πλούτῳ πολλῷ κωμῶν, καὶ κοσμικῇ δόξῃ προσελάβετό τινα τῶν Ἀσυγκρίτων, ἄνδρα πολυμαθῆ, καὶ σοφὸν, ᾧ τόν τε υἱὸν αὐτοῦ Ἰωάννην, καὶ Κοσμᾶν τὸν υἱοποιητὸν παραδοὺς πᾶσαν σο-

σοφίαν θείαν τε, καὶ ἀνθρωπίνην ἐκδιδάσκειν αὐτοὺς ἐξηκριβώσατο. οἳ δεξιᾶς τυχόντες φύσεως πᾶσαν ἐν βραχεῖ γραμματικήν τε, καὶ φιλοσοφίαν ὑπ' αὐτοῦ διδαχθέντες, ἔτι δὲ ἀστρονομίαν, καὶ γεωμετρίαν ἐξασκήσαντες, ἅπασιν αἰδέσιμοι ἀνεδείχθησαν. ὃς δὲ τὴν ἐν ἅπασιν αὐτῶν τελειότητα βούλεται μαθεῖν, ἀπὸ τῶν αὐτοῖς ποιηθέντων συγγραμμάτων ἀκριβῶς εἴσεται. εἶτα εἰς τὴν Λαύραν τοῦ ἁγίου Σάβα παραγενόμενοι, τὸν μοναδικὸν ζυγὸν ὑπέρχονται. καὶ ὁ μὲν μακάριος Ἰωάννης πρεσβύτερος χειροτονεῖται παρὰ τοῦ Πατριάρχου Ἱεροσολύμων. ὁ δὲ ἀοίδιμος Κοσμᾶς πολλὰ παρακληθεὶς ὑπὸ πάσης τῆς Συνόδου Ἐπίσκοπος Μαιουμᾶ προχειρίζεται. καλῶς οὖν πολιτευσάμενος, καὶ τὸ ἑαυτοῦ ποίμνιον ἐπὶ νομὰς σωτηρίους ὁδηγήσας, καὶ εἰς βαθὺ γῆρας ἐλάσας ἀνεπαύσατο ἐν Κυρίῳ. *Sanctus hic admodum adoleſcentulus a patre ſancti Ioannis Damaſceni pro filio adoptatur. Qui cum multis divitiis, humanaque gloria floreret, quemdam Aſyncritem adlegit, virum valde eruditum, atque ſapientem, cui & filium ſuum Ioannem, & adoptitium Coſmam in diſciplinam tradens, vehementer curavit, ut ab eo divinis, & humanis literis omnibus imbuerentur. Hi vero bona præditi indole, brevi univerſam Grammaticam, atque Philoſophiam edocti, & praeterea Aſtronomia, ac Geometria exercitati omnium venerationem ſibi conciliarunt. Qui autem excellentem eorumdem in omnibus ſcientiam dignoſcere cupit, id profecto comperiet ex ingenii monumentis, quæ ipſi lucubrarunt. Dein ad Lauram ſancti Sabæ divertentes Monaſticum jugum ſuſci-*

 piunt.

piunt. Beatus quidem Ioannes a Patriarcha Hieroſolymitano Presbyter ordinatur. Illuſtris vero Coſmas, multum ab univerſa Synodo rogatus, Majumæ Epiſcopus renunciatur. Cumque impoſitam provinciam egregie adminiſtraſſet, gregemque ſuum ad ſalutaria paſcua deduxiſſet, ad multam ſenectutem provectus requievit in Domino.

Quod in editis Menæis legitur τίνα τοῦ Α᾽σικρετοῦ, ceu mendum typographicum corrigendum cenſuimus τίνα τοῦ Α᾽συγκελλοῦ, nec enim Coſmę noſtri præceptorem Monaſticæ prius inſtitutionis, dein Saracenicæ captivitatis jugo obnoxium, Secretarii munere, quod voce illa Α᾽σικρέτης, ſeu melius Α᾽σηκρήτης ſignificari ſolet, functum fuiſſe, veriſimile ullo modo apparet: Contra vero eumdem Philoſophiæ præ cæteris ſcientiis operam navaſſe, certum reddit ipſemet ſua ad Barbaros ſiſcitantes, quam in mundo dignitatem gereret, quove inter Chriſtianos honore ſplendeſceret, reſponſione, quam refert Joannes Patriarcha in Vita Joannis Damaſceni: *Nulla quidem* (ait) *alia mundana, Sacerdotali autem dumtaxat dignitate polleo. Alioqui inutilis quidam Monachus ſum, qui Philoſophiæ operam dedi non noſtræ ſolum, ac quæ amando Deo vacet, verum & illi, quæ externos ſapientes habet auctores* φιλοσοφίαν ἐξησκηκὼς, οὐ μόνον τὴν καθ᾽ ἡμᾶς, καὶ φιλόθεον, ἀλλ᾽ ἣν καὶ

οἱ

οἱ θύραθεν σοφοὶ διεπάξαιτο. Notum autem eſt, ſectam *nibil djiudicantium* celebrem fuiſſe inter Philoſophicas. Favet hujuſmodi correctioni, & interpretationi, quod hic idem Coſmas noſtri Coſmæ magiſter in Elogio ſancti Damaſceni ſuo loco ex Menæis allato diſerte dicitur Ἀσυγκρίτης cognomine, ideſt *indifferens*, ſeu *nibil dijudicans*, forte non ab obedientiæ ſtudio, ut interpretatur Papebrochius Tomo II. Maii pag. 114. ſed a Philoſophiæ placitis, quibus adhærebat. Ibi quidem aliam lectionem ſecuti a Lequienio ſuppeditatam, legimus non Ἀσυγκρίτης, ſed ἀσυγκρίτως, ac vertimus eodem Lequienio authore *abſque ullo diſcrimine* ſive, ut loquitur idem Lequienius in Notis ad illam Vitam Joannis Damaſceni, *quod Ioannis Damaſceni pater ſapientiorem alium inquirendum ſibi non putarit, ſive quod ea incomparabili doctrina præditus eſſe ex eventu comprobatus ſit*: at eruditus Lector ſtatuet, num utrobique Philoſophica ſecta, cui Coſmas ille addictus erat, deſignetur; eam vero Sectam non in totum damnandam eſſe monuit Gerardus Voſſius libro de Sectis Philoſophorum pag. 103., *quando* (ut ipſe tradit) *etſi multa certa ſunt, longe tamen plura ſunt incerta, quæ permixta veris, ſimilitudine veri fallant; in cujuſmodi utile eſt ἐπέχειν, ac verum ruſpari*.

Præ-

Præter Odas, quæ in Triodiis Coſmæ nomen præferunt, nonnulli alii ejuſdem Hymni in Tomo XII. Biblioth. PP. leguntur in præcipuas anni Feſtivitates; itidemque in Bibliotheca Vindobonenſi Cod. Theol. juxta ordinem Lambecianum CXCVII. extat eo auctore Ἔκφρασις, ſive Enarratio metrica ſingulorum Pſalmorum totius Pſalterij Davidici carmine Jambico.

Quemadmodum vero ſuperiores Hymnographos ſæpius animadvertimus, cum aliis ejuſdem nominis Viris a nonnullis confundi, ita hic cavendum eſt, ne Coſmam iſtum cum ejus præceptore, qui Coſmas pariter nuncupabatur, permiſceamus, quod factum eſſe miramur etiam a quibuſdam in arte Critica admodum exercitatis. Unum ab alio palam diſtinctos exhibuit tam allatum Coſmæ noſtri ex Menæis elogium, quam aliud Joannis Damaſceni ex ijſdem Menæis itidem recitatum; & præterea eoſdem apertiſſime diſcernit Joannes Patriarcha in Vita Joannis Damaſceni, dum Senioris, quem Saraceni Damaſcum cum aliis multis in captivitatem abduxerant, inſtitutum, patriam, & mores his verbis deſcribit: Ἀνὴρ σχῆμα ἠμφιεσμένος Μοναδικὸν ἐξ Ἰταλίας ὁρμώμενος, κόσμιος τὴν ὄψιν, κοσμιώτερος τὴν ψυχὴν, καὶ τὴν κλῆσιν Κοσμᾶς. *Vir Monachi veſtem indutus, oriundus ex Italia, venuſtus facie, ſed venuſtiori animo, Coſmas ipſe*

no-

nomine. Deinde a patre Damaſceni, poſtquam illius opera in libertatem aſſertus fuiſſet, hac ratione in eadem Vita compellatus traditur: Οὐκ εἶ μόνον ἐλεύθερος τοῦ λοιποῦ, ἀλλὰ καὶ κοινωνόν σε τοῦ οἴκου μου τίθημι, καὶ συνδέσποτον κατ' ἐμὲ, συμμέτοχόν μοι πάσης χαρᾶς τε, καὶ θλίψεως. τοῦτο δὲ μόνον πρὸς τῆς σῆς αἰτῶ τιμιότητος, ἵνα τοῦτον δή μοι τὸν ἐκ φύσεως υἱὸν Ἰωάννην, καὶ τοῦτον δῆτα τὸν ἕτερον, τὸν ὁμωνυμοῦντά σοι, ὃν καὶ εἰς υἱὸν ἐποιησάμην πνευματικὸν, ἐξ Ἱεροσολύμων ὁρμώμενον, καὶ ἀπ' ἀπαλῶν ἀπορφανισθέντα τῷ σώματι, πᾶσαν ἣν οἶδας παιδείαν, καὶ φιλοσοφίαν τὴν θύραθεν, καὶ ἣν ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις τοὺς ἀξίους ἐμυσταγώγησεν, ἐκπαιδεύσης, καὶ ἐκδιδάσκης. ἐπιμελέστατα. *Non modo in poſterum liber es, ſed & domus meæ te conſortem, & una mecum ex æquo Dominum conſtituo, meæque tum lætitiæ; tum affectionum participem. Hoc unum autem te rogo, Vir honorande, ut meum hunc, quem a natura ſuſcepi filium, iſtumque alterum, cui idem ac tibi nomen eſt, quemque Hieroſolymis oriundum, & teneræ adhuc ætate parentibus orbatum, omni tam peregrina, quam ea, qua Spiritus ſancti gratia dignos imbuit, eruditione, & philoſophia, cujus ſcientiam tenes, perquam diligenter inſtituas.* Hæc apertiſſima ſunt pro ſtatuendo inter utrumque Coſmam diſcrimine. Accedit, quod Coſmas Junior ad Majumenſeni Epiſcopatum evectus fuit, ut prodit recitatum ex Menæis Coſmæ iſtius elogium, itidemque fidem facit Joannes Patriarcha;

cha ; ex hoc eodem vero diſcimus , Coſmam ſeniorem , poſtquam filios divinis , humaniſque literis apprime imbutos , parenti reſtituiſſet , ad Lauram ſancti Sabæ perrexiſſe , illicque ad mortem uſque commoratum ad Deum evolaſſe, Ὁ δὲ πρὸς τὴν ἐν ἐρήμῳ τοῦ Ἁγίου Σάβα λαύραν ἀπιὼν , καὶ ἕως τελευτῆς μεμενηκὼς πρὸς τὴν αὐτοσοφίαν Θεὸν μετακεχώρηκε.

Coſmam noſtrum id etiam magnopere commendat, quod cum ſanctus Joannes Damaſcenus, non ſermonum ſuorum , inſtitutioniſque , & religioſę exercitationis dumtaxat participem habuerit , ſed & in libris ſcribendis adhortatorem; quod dum teſtatur Joannes Hieroſolymitanus in Damaſceni Vita , ſubdit , & ipſum Coſmam ſpiritales Joannis in condendis carminibus labores ingenioſe imitando concinnos concentus in cithara , & voce pſalmi Eccleſiæ ceciniſſe, Ὃς δὴ καὶ οὗτος τοῖς ἐν ᾄσμασι πνευματικοῖς πόνοις τοῦ Ἰωάννου ἐμιμήσατο συνετῶς , καὶ ὕπηχσε λιγυρὰς τῇ Ἐκκλησίᾳ ἁρμονίας ἐν κιθάρᾳ , καὶ φωνῇ ψαλμοῦ.

Plura de Coſmę rebus , de quibus mox laudatus Joannes ſermonem aliis , ut ipſe ſcribit, reliquit , quaſque Conſtantinus Acropolita in Paraphraſtica de Damaſceno Narratione a nemine , qui eas ſuſceperit ex propoſito recenſendas , pro dignitate ediſſeri poſſe affirmat, εἰ καὶ προὔργου τίς τὰ κατ' τοῦτον ποιήσαιτο , μόλις ἂν τῆς πρὸς ἀξίαν ἐφίκοιτο , de Coſmæ , inquam , rebus plura no-

nobis exhiberet Scriptor Vitæ ejuſdem ab Allatio Diſſert. II. de Libr. Eccleſ. Græcor. pag. 120. & 128. citatus, ſi illum Vir doctus publica luce donaſſet. Ab eo tamen inſulſe traditum, monet Lequienius in Notis ad Vitam Damaſceni pag. 111. patrem Joannis Damaſceni Mohammedicæ ſectæ ad obitum uſque addictum vixiſſe, *adeoque Leonem Allatium perperam* (ſunt verba Lequienii) *nos in Diſſertatione de Ioanne Damaſceno, & ejus Operibus ad hunc fabulatorem ablegare, ad expiſcandas Vitæ Damaſceni circumſtantias, quas Patriarcha Hieroſolymitanus ignoraverit*.

Hymnographorum Triodii ſyllabum claudit MARCUS Epiſcopus Hidruntinus, quemadmodum ejus Odæ Quadrageſimalibus Hymnis finem imponunt; namque Tetraodium a Coſma melodo in magnum Sabbatum compoſitum iſte in perfectum Canonem terminavit, juſſu Leonis Sapientis Imperatoris, ut habemus ex Nicephoro in ſæpius citato Prologo Synaxariorum: Ὥσπερ δὴ καὶ ὁ θεῖος Κοσμᾶς ἐν τῷ μεγάλῳ Σαββάτῳ τέθεικε τετραῴδιον ἐκεῖσε πεποιηκὼς, κἂν ἐς ὕστερον ὁ σοφώτατος Βασιλεὺς Λέων κελεύσας εἰς τέλειον Κανόνα διὰ τοῦ Ἐπισκόπου Ἱδρουῦντος τοῦ Μοναχοῦ Μάρκου εἰργάσατο. At qua ratione Marcus Coſmæ Tetraodium ad integri Canonis formam produxerit, multo luculentius traditur a Gregorio,

 ſeu

ſeu Georgio Metropolita Corinthi in Expoſitione ejuſdem Canonis Sabbati magni his verbis: Ποίημα Μάρκου Μοναχοῦ ἄχει τῆς πέμπτης ᾠδῆς καὶ αὐτῆς, φέρον ἀκροστιχίδα ΚΑΙ ΣΗΜΕΡΟΝ ΔΕ. τῆς δὲ ἕκτης ἡ ἀκροστιχὶς καὶ τῶν ἑξῆς ᾠδῶν, αἵ τινές εἰσι Κοσμᾶ Μοναχοῦ τετραῴδιον, συνάζονται τῆς τοῦ Τριῳδίου τῆς ἁγίας, καὶ μεγάλης παρασκευῆς. ἥ τις ἐστὶ διὰ στίχου Ἰαμβικοῦ ΠΡΟΣΑΒΒΑΤΟΝ ΤΕ ΣΑΒΒΑΤΟΝ ΜΕΛΠΩ ΜΕΓΑ, ἣ παρενεῖρε τὰ ἑαυτοῦ ᾄσματα ὁ θεῖος οὗτος Μάρκος, ΚΑΙ ΣΗΜΕΡΟΝ εἰρηκὼς, ἤγουν αἱ προηγιασμέναι τῆς ἁγίας, καὶ μεγάλης ἑβδομάδος ἡμέραι τοῖς θείοις ᾄσμασιν ἐνετιμήθησαν τοῦ ἀξιοτίμου, καὶ σοφωτάτου Κοσμᾶ τοῦ μελῳδοῦ, καὶ σήμερον δὲ τὰς ἐλλειφθείσας ἐκείνῳ τέσσαρας ᾠδὰς, ἐγὼ, φησιν, ἀνεπλήρωσα. *Opus Marci Monachi uſque ad quintam Odam ipſam, habens acroſtichiden* ΚΑΙ ΣΗΜΕΡΟΝ ΔΕ. *Sextæ vero acroſtichis, & ſubſequentium, quæ ſunt Coſmæ Monachi Tetraodium, coniungitur cum ea, quæ eſt Triodii ſanctæ, & magnæ Paraſceve, & carmine Jambico ſic concipitur,* ΠΡΟΣΑΒΒΑΤΟΝ ΤΕ ΣΑΒΒΑΤΟΝ ΜΕΛΠΩ ΜΕΓΑ. *Ubi inſeruit ſua Cantica divinus hic Marcus, &* ΣΗΜΕΡΟΝ *hodie dicens, Præſanctificatæ ſcilicet ſanctæ, & magnæ Hebdomadis dies cohoneſtatæ ſunt ſanctis hymnis, & canticis veneratione digni, & ſapientiſſimi Coſmæ Melodi, & hodie vero relictas ab eo quatuor Odas ego, ait, complevi.*

Leo Allatius, qui nobis textum hunc Gregorii Metropolitæ ſuppeditavit in Diſſert. 1. de Li-

Libris Eccleſ. Græcor. pag. 73., alium adhuc accuratiorem ibidem ſubdit, Theodori nimirum Prodromi in Herilium Feſtivitatum Canones, expoſitione in Canonem Sabbati ſancti; ex quo diſcimus, non ſcripta traditione vulgatum fuiſſe, mulierem quamdam nobilem, & virginem, cui erat nomen Caſſiæ, primam ejuſmodi modulationis artificem, Canonem Sabbati ſancti a Coſma inchoatum ipſammet abſolviſſe; cumque ejus melos in admiratione eſſet, quod tamen indignum judicaretur muliebribus ſermonibus Herois illius Coſmæ cantiones conjungere, Marcum nova Troparia, hirmis tamen, quibus Caſſia uſa fuerat, retentis, elucubranda ſuſcepiſſe: Ο' παρὼν Κανὼν ποίημα μεν ἐςιν ἄχει καὶ πέμπτης αὐτῆς Μάρκου Ε'πισκόπου Ι'δρουῦτος, ἐκ δὲ ταύτης ἄχεις ἐννάτης τῦ μεγάλυ Ποιητοῦ Κοσμᾶ. ἀλλὰ πολὺ πρότερον, ὡς ἐξ ἀγράφυ ἔχομεν παραδόσεως, γυνή τις τῶν εὐπατειδῶν σοφὴ, καὶ παρθένος Κασία τοὔνομα τοῦτε μέλους ἀρχηγὸς ἐχρημάτισε, καὶ τὸν Κανόνα συνεπεράνατο. οἱ δὲ ὕςερον, τὸ μέλος μεν ἀγασάμενοι, ἀνάξιον δ' ὅμως κρίναντες γυναικείοις συμμίξαι λόγοις τὰ τῦ Η'ρωος ἐκείνυ Κοσμᾶ μυσουργήματα, τὸ μέλος παραδόντες τῷ Μάρκῳ, καὶ τοὺς εἱρμὺς ἐγχειρήσαντες, τὴν πλοκὴν τῶν Τροπαρίων τούτῳ μόνῳ ἐπέξεψαν. Traditionem hanc, quæ melos, & hirmos illius Canonis ad Marcum minime pertinere aſſerit, a veritate non abludere, inde etiam manifeſtum fieri tradit Theodorus, quod hirmorum literis ca-

pitalibus haudquaquam Marcus utatur in Acroſtichide, licet illi multum conferrent: Καὶ ἔοικεν ἀληθεύειν οὗτος ὁ λόγος. οὔτε γὰρ τοῖς τῶν εἱρμῶν στοιχείοις εἰς τὴν ἀκροστιχίδα χρῆται ὁ Μάρκος καίτοι συντρεχομένοις αὐτῷ τὰ πολλά. Id probat ex duobus prioribus hirmis Κύματι θαλάσσης, & Σὲ τὸν ἐπὶ ὑδάτων, quorum literæ capitales Acroſtichidi ΚΑΙ ΣΗΜΕΡΟΝ ΔΕ maxime inſerviſſent; at his neglectis tamquam alienis operibus, loco eorum Marcus Troparia conſcripſit, a K quidem incipiens illud Κύριε Θεέ μου *Domine Deus meus*, ab Σ vero illud Σύμβολα τῆς ταφῆς σου *Symbola tuæ ſepulturæ*: Αὐτίκα γὰρ τοῦ, Κύματι θαλάσσης, τὸ Κ, καὶ τοῦ, Σὲ τὸν ἐπὶ ὑδάτων τὸ Σ συντελοῦσιν αὐτῷ εἰς ἀκροστιχίδα. ἀλλὰ ταῦτα καταλιπὼν ὡς ἀλλότρια, καὶ οὐχ ἑαυτοῦ ποιήματα ὄντα, ἀντ' ἐκείνων ποιεῖται τροπάρια, ἀπὸ μὲν τοῦ Κ ἀρχόμενον τὸ, Κύριε Θεέ μου, ἀπὸ δὲ τοῦ Σ τὸ, Σύμβολα τῆς ταφῆς σου. ἐκ τε οὖν τούτου δῆλον ἐστὶ τὸ μὴ τοῦ Μάρκου εἶναι τὸ μέλος, καὶ τοὺς εἱρμούς. Aliud argumentum ad idem probandum deſumit Gregorius ex verbis hirmi primæ Odæ, *Sed nos tamquam juvenculæ Domino cantemus*, quæ ipſam modulationis artificem deſignare videntur: cum enim duæ eſſent choreæ apud Exodum primam Odem canentes, una quidem ex maſculis, altera ex fœminis, ipſa, ut pote juvencula, *tamquam juvenculæ*, dixit, *Deo canamus*. Καὶ ἐξ ἐκείνου δὲ οὐχ ἧττον τοῦ λέγειν ἐν τῷ εἱρμῷ τῆς πρώτης ᾠδῆς, ἀλλ' ἡμεῖς

ὡς

ὡς νεάνιδες τῷ Κυρίῳ ᾄσωμεν. νεάνις γὰρ οὖσα δηλονότι, καὶ ἡ μελοποιὸς, καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐμφῆναι θέλουσα, ὅτι γυναικός ἐστι τὸ μελούργημα, ἐπεὶ δύο χορεῖαι ἦσαν ἐν τῇ Ἐξόδῳ τὴν πρώτην ᾠδὴν ᾄδουσαι, μία μὲν ἀνδρῶν, ἑτέρα δὲ γυναικῶν, αὐτὴ τὴν τῶν ἀνδρῶν παρωσαμένη, ὡς οὐκ ἀνὴρ, ὡς αἱ νεάνιδες, εἶπε, τῷ Κυρίῳ ᾄσωμεν.

Qua ratione vero Tetraodio Coſmæ ad integrum Canonem opera Marci extenſo, proportione quadam integrata etiam fuerit Acroſtichis, & loco mutili Jambi, ex capitalibus Tetraodij illius literis conſurgentis, nimirum ΣΑΒΒΑΤΟΝ ΜΕΛΠΩ ΜΕΓΑ, SABBATUM CANO MEGNUM (cujus Jambi mediam partem, nempe ΠΡΟΣΑΒΒΑΤΟΝ ΤΕ, ANTE SABBATUM præripuerat magna Paraſceve) Jambus integer ſucceſſerit hunc in modum, ΚΑΙ ΣΗΜΕΡΟΝ ΔΕ ΣΑΒΒΑΤΟΝ ΜΕΛΠΩ ΜΕΓΑ, ET HODIE AUTEM SABBATUM CANO MAGNUM, his verbis Gregorius exponit: Ἀλλ' ἤδη καὶ τὴν ἀκροστιχίδα τοῦ Κανόνος ἐπισκεψώμεθα διπλῆν τινα, καὶ πρώτην οὖσαν, καὶ οὕτως εἰπεῖν, ἢ δικόρυφον, ὡς ὁ Παρνασσὸς, ἢ διθύραμβον, ὡς οἱ Διονύσου ὕμνοι, ἢ ὡς τὰ ἔν τε χέρσῳ, καὶ θαλάσσῃ ζῶντα τῶν ζώων ἀμφίβια. ἕως ἂν μὲν γὰρ τετραῴδιον ἔμελπε τὰ ἐπὶ τῷ μεγάλῳ Σαββάτῳ μέλη, μέρος ἰάμβου ἦν ἡ ἀκροστιχὶς ἐκείνου λέγω ἰάμβου τοῦ, ΠΡΟΣΑΒΒΑΤΟΝ ΤΕ ΣΑΒΒΑΤΟΝ ΜΕΛΠΩ ΜΕΓΑ. οὗ ἰάμβου τὸ ἥμισυ μὲν προείληφεν ἡ μεγάλη Παρασκευὴ τὸ, ΠΡΟΣΑΒΒΑΤΟΝ ΤΕ, τὸ δὲ λοιπὸν ἥμισυ τὸ, ΣΑΒΒΑΤΟΝ ΜΕΛΠΩ ΜΕΓΑ, ἐνταῦθα παρελήφθη. ἐπεὶ δὲ ἐδόκησεν ἐκταθῆναι τὸ μέλος, καὶ τὸ Τετραῴ-

ϛαρῴδιον ψάλλεσθαι Κανόνα ὁλόκληρον, ἀναλόγως συνολοκληροῦται καὶ ἡ ἀκροστιχὶς, καὶ ἀντὶ μέρος Ἰάμβου ὅλος Ἴαμβος γίνεται ᾧ-δέπῃ ἔχει, ΚΑΙ ΣΗΜΕΡΟΝ ΔΕ ΣΑΒΒΑΤΟΝ ΜΕΛΠΩ ΜΕΓΑ. *Verumtamen & ipſam Canonis Acroſtichidem, duplicem illam quoque, & ut ita dicam, bicipitem veluti Parnaſſum, vel dithyrambum, ut ſunt hymni in Bacchum, vel ut ea, quæ & in mari, & in terra vivunt animalia amphibia conſideramus. Donec enim Tetraodion erat, quod in ſancto Sabbato concinitur melos, Jambi principium erat Acroſtichis, illius nempe, qui incipiebat*, ANTE SABBATUM, SABBATUM CANO MAGNUM. *Cujus Jambi mediam quidem partem præripuit magna Paraſceve, nempe*, ANTE SABBATUM, *reliquum vero, nempe* SABBATUM CANO MAGNUM, *hoc in loco relictum eſt; attamen cum opus eſſet, melos elongari, & Tetraodion integri Canonis partes ſuſtinere, proportione quadam, & Acroſtichis integratur, & Iambi mutili loco Iambus integer ſuccedit hunc in modum*, ANTE SABBATUM, SABBATUM CANO MAGNUM.

Tetraodium Coſmæ in magnum Sabbatum a Marco completum fuiſſe teſtatur etiam Cedrenus; ex quo præterea diſcimus, hunc Monaſterii ſancti Mocii Oeconomum fuiſſe, ac Leoni Imperatori decem novos Imperii annos vaticinatum (quod vaticinium exitus verum oſten-

oſtendit) dum huic die Pentecoſtes dicti Cœnobii Eccleſiam , ad quam ea die Imperatores quotannis ſolemni pompa procedere ſoliti erant, jam ingreſſuro, & ſacris foribus ſuccedenti validi fuſtis ictus in caput ingeſtus fuit ab homine quodam de ſuggeſtu proſiliente; Marcus etenim Imperatoris iram primum precibus lenire conatus fuit, dein Davidico verſu , quo infortunium illud Imperatori prædictum aſſeruit , *Quanta malignatus eſt inimicus in ſancto ſuo , & gloriati ſunt , qui oderunt te in medio ſolemnitatis ſuæ ?* demum fauſta illa vaticinatione . Hæc contigerunt anno DCCCCI. nam Leo iſte Baſilii Imperatoris filius, cognomento Sapiens uſque ad annum DCCCCXI. vitam , & Imperium produxit . Hujus Imperatoris tempora Marci melodi ætatem nobis demonſtrant; quem nuperus Auctor falſo exiſtimavit , ante Theodorum , & Joſephum Studitas , de quibus ſupra, claruiſſe, ſcribens, eoſdem Marcum imitatos Quadrageſimales Hymnos lucubraſſe. Non Marci Hidruntini , ſed Coſmæ Majumenſis Epiſcopi (iſque haud ſancti Joannis Damaſceni præceptor , ut ab illo ipſo perperam proditum eſt, ſed condiſcipulus , quemadmodum ſuo loco demonſtravi) veſtigia ſecutos fuiſſe laudatos Hymnographos tradit Nicephorus in Synaxario illo toties commemorato; ubi pariter

riter legimus Marcum illum Leonis Imperatoris mandato compleſſe, ac in perfectum Canonem terminaſſe non Hymnos (in quo idem Vir eruditus tertio allucinatus eſt) tribus Odis conſtantes pro Hebdomadæ ſanctæ diebus a Coſma in figuram ſanctiſſimæ Trinitatis excogitatos, atque concinnatos, at ſolum Sabbati ſancti Tetraodium. Id etiam manifeſte edocent allati textus Gregorii Metropolitæ, Theodori Prodromi, atque Cedreni: nec quidquam clarius eſſe poteſt, Hymnos prædictæ Hebdomadæ tam in excuſis, quam in manu exaratis Triodii Exemplaribus inſpicienti; ibi ſiquidem Sabbati dumtaxat Tetraodio quatuor novas Odas Marci cura adjectas apertis verbis declaratur.

Demum cum Allatio Diſſert. 1. de Libr. Eccleſ. Græcor. pag. 72. obſervare oportet, verba Cedreni de Marco Monacho prave expoſita fuiſſe a Xylandro: ὁ σοφώτατος Μοναχὸς Οἰκονόμος ὢν τῆς τοιαύτης Μονῆς, ὁ τὸ Τετραῴδιον τοῦ μεγάλου Σαββάτου ἀναπληρώσας τοῦ Κύρου Κοσμᾶ, πολλὰ κατεδεήθη τοῦ Βασιλέως. Xylander vertit: *Et quidem ſapientiſſimus Monachus Marcus ejus Monaſterii Diſpenſator, qui Tetraodion magni Sabbati complevit, quod babet Cyri Coſmæ, multis Imperatorem deprecatus eſt.* Cum vertere debuiſſet. *Sapientiſſimus Monachus Marcus, illius Monaſterii Oeconomus, qui in magno*

gnum Sabbatum Tetraodion domini Coſmæ complevit, multis Imperatorem deprecatus eſt. Nugatum ſuo more, tradit ibidem Allatius pag. 77., eumdem Xylandrum Notis in Cedrenum num. 235., dum ſcribit: *Tetraodium videtur Hymnus quatuor partibus, ſeu carminibus conſtans fuiſſe, ſed quid illud* Cyri Coſmę *ſit, viderint alii*. Id facile videri poteſt apud laudatos Scriptores, quibus adjungendus Leo Grammaticus in Leone Imperatore: Μετὰ δέ τινα καιρὸν ἀνῆλθεν Μάρκος ὁ φιλοσοφώτατος Οἰκονόμος τῆς αὐτῆς Ἐκκλησίας ὢν, ὃς ἦν ἀναπληρώσας τῦ μεγάλυ Σαββάτυ Τετραῴδιον τοῦ κυρίυ Κοσμᾶ. Similia habere Anonymum Combeſiſianum in eodem Leone num 19., Scylitzem, Symeonem Logothetam, & Zonaram pag. 144., notat Ducangius in Gloſſario v. Τετραῴδιον.

Non adeo facile dignoſci poteſt, num Marcus noſter idem habendus ſit cum Marco Hieromonacho, Monaſterii ſancti Sabæ præpoſito, cujus ſermonem in Vitam, & Miracula ſancti Gregorii Agrigentinorum Epiſcopi laudat Allatius de Simeon. pag. 109. Rurſus cum eo, cujus extat Declaratio Dubiorum in Typico occurrentium, eidem Typico Græcorum annexa. Inſuper cum illo, qui Verſus Jambicos in Pſalterium conſcripſit, in Cod. Theol. Biblioth. Vindebon. CLXXV. num. II. commemoratos. Num demum cum Authore Epiſtolæ ad Pa-

triarcham CP. de Conſtantia adverſus perſecutionem Orthodoxæ Fidei. Hos omnes unum, eumdemque Marcum eſſe, ſeu aliqaem ex iſtis eumdem eſſe cum Marco Epiſcopo Hidruntino, Viri eruditi affirmare non audent.

CASIA (nam aliqua hoc loco de ea quoque dicenda ſunt, cum illam Hirmi quatuor priorum Odarum Canonis Sabbati ſancti artificem ſuum agnoſcant, quemadmodum a Gregorio Metropolita, & Theodoro Prodromo ſuperius proditum vidimus, & quemadmodum teſtatur Rubrica ad frontem ejuſdem Canonis in excuſis Exemplaribus his verbis: Οἱ Εἱρμοὶ δὲ ποίημα γυναικὸς τινὸς Κασσίας ὀνομαζομένης, *Hirmi autem opus mulieris cujuſdam nomine Caſſiæ*) Caſia, inquam, ſeu Ἰκασία ut ſcribitur in Leone Grammatico, aut Εἰκασία, ut in Codino, floruit temporibus Imperatorum Michaelis Balbi, & Theophili ejus filii, Græcorum Melodis & ipſa jure merito accenſenda. Hæc imperio repulſa a Theophilo Imperatore Monaſterium Conſtantinopoli condidit Studiano proximum, ubi teſte Leone Grammatico vitam contemplativam, & philoſophiam exercens, Deoque ſoli vivens, ad vitæ ſuæ finem editis, relictiſque pluribus ingenii monumentis perſeveravit: Καὶ ἡ εἰρημένη Ἰκασία τῆς Βασιλείας ἀποτυχοῦσα μονὴν κατεσκεύασεν, εἰς ἣν ἀποκειραμένη, ἀσκοῦσα, καὶ φιλοσοφοῦσα, καὶ

Θεῷ

Θεῷ μόνῳ ζῶσα διετέλεσεν μέχει τέλους ζωῆς αὐτῆς, ἣ καὶ συγγράμματα αὐτῆς πλεῖστα καταλέλοιπεν. Eadem fere Zonaras, & alii, qui res a Theophilo geſtas conſcripſerunt. Sacris hymnis concinnandis præcipuam operam navaſſe Caſiam, præter ſuperius laudata ex Theodoro Prodromo, fidem faciunt Codini verba in Antiquitatibus Conſtantinopolitanis, ubi de Monaſterio ab Icaſia condito: Ἡ μονὴ τῆς Εἰκασίας ἐκτίσθη παρὰ Εἰκασίας Μοναχῆς εὐσεβεστάτης, καὶ παρθένου ὡραίας τῷ εἴδει, ἥ τις σοφωτάτη οὖσα, καὶ Κανόνας πολλοὺς, καὶ Στιχηρὰ, καὶ ἄλλα τινα ἀξιοθαύμαστα ἐποίησε, καὶ ἐμελῴδησεν ἐν τοῖς χρόνοις Θεοφίλου Βασιλέως. *Monaſterium Icaſiæ ædificavit Icaſia virgo ſanctimonialis piiſſima, atque formoſa, quæ cum valde erudita eſſet, multos Canones, & Stichera, & alia quædam admiranda compoſuit tempore Theophili Imperatoris.* Codino conſonat Anonymus Bandurianus item de Antiquitatibus ejus Urbis: Ἡ δὲ μονὴ τῆς Εἰκασίας ἐκτίσθη παρ᾽ αὐτῆς Μοναχῆς γεγονυίας, ὅτε τῆς Βασιλείας ἀπέτυχε παρὰ Θεοφίλου Βασιλέως, σεβασμίας, καὶ ὡραίας τυγχανούσης, ἥτις καὶ Κανόνας, καὶ Στιχηρὰ ποιήσασα ἐν τοῖς χρόνοις Μιχαὴλ, καὶ Θεοφίλου τοῦ πατρὸς ἔζη ἐν αὐτῇ. *Monaſterium Icaſiæ condidit Icaſia ſanctimonialis, quando imperio repulſa eſt a Theophilo Imperatore, etſi decora, & auguſta ſpecie erat. Quæ cum in eodem Monaſterio ſub Michaele, & Theophilo ejus patre viveret, Canones, & Stichera compoſuit.*

 Ha-

Hactenus de Hymnographis Triodii Barberini: de quibus multo plura congerere licuiſſet, ſi ſcriptum ab Allatio harum rerum callentiſſimo Tractatum de Melodis Græcorum alicubi nanciſci contigiſſet, cum modo ſola eorumdem nomina ab eo data uſque ad ſeptuaginta, & unum pag. 81. & 82. Diſſert. 1 de Lib. Eccleſ. Græc. habeamus. Tractatum illum typis nunquam editum certo conſtat; an vero calamo exaratus uſpiam exſtet, prorſus incertum. Eumdem diligenter a ſe conquiſitum Romæ, atque Pariſiis, ubi notiora quam alibi ſunt eruditiſſimi Viri Opera, affirmat Papebrochius Tomo III. Apr. pag. 788., nec quidquam de eo compertum habuiſſe, qui pleraque ejus ſe noſſe putabant; multos etiam negaſſe tali titulo quidquam ab illo vulgatum: ſed id nimis clare, ſubdit Papebrochius, ab ipſo Allatio aſſeri, quam ut poſſit negari, in Diatriba de Georgiis ad nomen Georgii Siculi, ubi quædam a ſe prętermitti excuſat, *cum id* (inquit) *in Tractatu meo de Melodis Gręcorum latius peregerim, ne ſæpius eamdem cantilenam canere videar*. Nec minus aperte idem ab eo aſſeritur in Diſſert. 1. de Lib. Eccleſ. Græcor. pag. 81. Eumdem minime reperiri tradit Nicolaus Rayæus in Diſſert. Prælimin. ad Tom. II. Jun. pag. 21., & Georgius Fabricius in Vol. 5. Biblioth. Græcæ ceu omnino deper-

per-

Digitized by Google

perditum lamentatur . Gravem hanc jacturam quoquo modo reſarcire iidem Viri docti conati ſunt; at quam jejuna ſint , quæ ab ipſis de hoc argumento traduntur , facile quiſque dignoſcet, qui meam hanc Diatribam cum illis (abſit verbo invidia) comparabit. Exhibent tam Papebrochius, quam Rayæus citatis locis nomina Græcorum Hymnographorum , quæ leguntur in inſigni Catena ante Triodium anno 1601. excuſum Venetiis opera , & ſtudio Maximi Cytherorum in Cypro Epiſcopi cum hoc verſiculo;

Οἱ τὰ μέλη πλέξαντες ὑμνῶν ἐνθέων ,

Hymnorum modulos hi compoſuere ſacrorum; at nuda fere nomina: quamvis Rayæus *dicta a Papebrochio recognoſcere , atque corrigere juxta meliores notitias poſtea acceptas* profiteatur. Hęret uterque in nomine *Studites*, quo magnum Theodorum deſignari, indubiam fidem faciunt Triodiorum editi, & MSS. Codices inter ſe comparati, nam alicubi iidemmet Hymni nomine *Theodori*, alicubi vero nomine *Studitæ* prænotantur . Elenchus autem Græcorum Melodorum, quem Georgius Fabricius Allatianis Diatribis de Libris Eccleſ. Græcor. a ſe recuſis Volumine v. Biblioth. Gr. attexuit, hujuſmodi eſt.

Theodorus Studita , cujus nonnulla leguntur in Octoecho. Theodori Monachi Canonem Cantanycticum

cum ad Chriſtum Servatorem memorat Lambecius lib. v. *pag.* 268.

Joſephus Studita Siculus patria, qui ſenio confectus anno Chr. 883. *obiit. De eo Ioannes Diaconus Conſtantinopolitanus cognomine Eugenius in illius Vita. Acta SS.* 3. *Apr. & Tomo* II. *Iun. pag.* 788. *Ab hoc diſtingui video Ioſephum Melodum Auctorem novæ Octoechi, ſive Paracletices. Vide ſupra pag.* 283. *Eius Triodia Manuſcripta in Bibliotheca Barberina, Allatius pag.* 78. *Lambecius lib.* v. *pag.* 274. *Hippolitus Marraccius Lucenſis Romæ* 1662. 8. *edidit Ioſephi Hymnographi Mariale latine cum Notis.*

Ioannes Arda Damaſcenus.

Theophanes Graptus Confeſſor. Vide Baron. ad an. Chr. 842. *num.* 28. *Eius Canonem Paracleticum ad B. Deiparam Virginem memorat Lambecius lib.* v. *pag.* 268.

Andreas Monachus, Cretenſis circa an. Chr. 630. *auctor Magni Canonis, ſive* Ἁγιοπολιτικοῦ ςιχηροῦ, *de quo Acta SS.* 2. *Apr. Cangius in Gloſſario Græco pag.* 583.

Coſmas Maiumenſis, de quo Allatius pag. 73. 74. *Cangius in* Τετρῴδιον.

Marcus Monachus & inde Epiſcopus Hidruntinus Leonis Imperatoris ætate clarus; Allatius pag. 72. 73. 74. *Videndum idemne Hieromonachus Marcus, qui ſcripſit de dubiis Typicis. Lambec. lib.* v. *pag.* 285.

Caſ-

Caſſia, ſive Caſſiana, ſive Icaſia Virgo in confiniis 8. & 9. Seculi clara. Vide Allatium ſup. pag. 74. & ſeqq. & Nicolai Rayæi S. I. Diſſert. Prælim. ad Acta SS. Tom. 2. Iunii. pag. xxi.

Ex traditis in hac Diatriba pronum cuique erit, in ſingulas fere Fabriciani hujus Elenchi lineas cenſoriam virgulam diſtringere. De eo modeſte admodum ſentiens Auctor in epiſtola Nuncupatoria ad Georgium Serpilium ita loquitur: *In primis vero putavi haud ingratum tibi fore Elenchum Melodorum Græcorum, quem attextum his Allatianis Diatribis a me vides. Quamquam enim rudis admodum ille eſt, & vix incboatus, tamen confido poſt deperditum eheu Allatii unius in editis pariter, atque ineditis ſequioris Græciæ monumentis verſatiſſimi Viri, quem de iſthoc argumento promiſit, Librum, haud improbaturum te hoſce primos licet conatus meos in celebrandorum Græcæ Eccleſię Hymnopoeorum ſtudio*. An hactenus lucem viderit Melodorum Græcorum Hiſtoria, quam idem Fabricius ab Urbano Godfrido Sibero Academiæ Lipſienſis doctore parari ſcribit Bibl. Gr. Vol. VIII. pag. 820. & alibi, mihi prorſus incompertum.

Ceterum inter Eccleſiæ Græcæ Hymnographos, ſupremi nominis habendos eſſe eos, quos ex Triodio Barberino percenſui, probant Jambi Nicephori Callixti ſuperius laudati, integri vero hic exhibendi.

H'

Ἡ λύρα τοῦ Πνεύματος Κοσμᾶς ὁ ξένος,
Ὀρφεὺς νεαρὸς ὁ Δαμασκόθεν χάρις,
Καὶ Θεόδωρος, Ἰωσὴφ οἱ Στουδῖται,
Ὄργανα τὰ κράτιστα τῆς μουσουργίας,
Ξένη δὲ Σειρὴν Ἰωσὴφ ὑμνόγραφος,
Μέλος παναρμόνιον Ἀνδρέας ἐκρόπεις,
Καὶ Θεοφάνης ἡ μελιχρὰ κιννύρα,
Γεώργιος, Λέων τε, Μάρκος, Κασία.

Lyra Spiritus Coſmas peregrinus,
Novus Orpheus Ioannes Damaſcenus,
Theodorus, & Ioſeph Studitæ,
Præſtantiſſima muſices organa,
Et nova Siren Ioſephus Hymnographus,
Andreas perquam concinnum melos decantare ſolitus,
Theophanes mellifluа illa cynira,
Georgius, Leo, Marcus, Caſia.

Horum omnium nomina, exceptis Georgio, & Leone (de quibus alibi) nec non Joſepho Juniore, quem ſuperius in Triodii Melodorum cenſum irrepere, minime paſſus ſum, Codicis Barberini Odis inſcribuntur, eademq; paſſim in aliis tum editis, tum manu exaratis Triodiis occurrunt. Coſmæ, Joannis, Theophanis, Joſeſephi ſingularem præceteris celebritatem demonſtrat Regula illa in Typici Capite VII. qua ita præſcribitur: *Si Menæum habet in memoria alicuius Sancti Canones variorum Poetarum, ſi Canon aderit Domini Coſmæ, eum aliis antepo-*

nen-

nendum, ſi Domini Ioannis, & aliorum, eum, qui Ioannis eſt, anteponi, ſi domini Theophanis, & aliorum, domini Theophanis anteponi, ille enim ante alios honorandus eſt, ſi domini Ioſephi, eum reliquis Poeti anteponi: Ἰστέον δὲ καὶ τοῦτο, ὡς εἴπερ ἔχει τὸ Μηναῖον ἐν μνήμῃ Ἁγίου τινὸς Κανόνας διαφόρων Ποιητῶν, εἰ μὲν ἐστὶ Κανὼν ὁ τοῦ κῦρ Κοσμᾶ, προκριτέος, εἰ δὲ τοῦ κῦρ Ἰωάννου, καὶ ἑτέρων, τοῦ Ἰωάννου προκρίνεται, εἰ δὲ τοῦ κῦρ Θεοφάνους, καὶ ἑτέρων, ὁ τοῦ κῦρ Θεοφάνους προκρίνεται, προτιμητέος γάρ ἐστι τῶν ἄλλων, εἰ δὲ τοῦ κῦρ Ἰωσήφ, οὗτος τῶν λοιπῶν προτετίμηται Ποιητῶν.

Nil mirum inter præſtantiſſimos Hymnographos in ea Regula percenſitos minime commemoratum reperiri Theodorum Studitam, quem tamen certo conſtat, ſacrarum Cantionum a Græcis inter divinas laudes uſurpatarum ſcriptione percelebrem fuiſſe; ibi enim Typicum de Menæorum dumtaxat Canonibus in alicujus Sancti memoriam loquitur, non vero de Triodiis Quadrageſimalibus. Hæc autem illa ſunt, in quibus concinnandis Theodorus noſter excelluit, eorumdem una cum Joſepho fratre veluti parens; ſiquidem in omnibus illis Quadrageſimæ diebus (ſi Hebdomadam ſanctam excipias) in quibus trium Odarum Hymnus, iſque geminatus locum habet, unus ex duobus, qui nimirum ſecundo loco affertur hoc titulo, Ἕτερον Τριῴδιον, *Aliud Triodium*, Ἕτερος Εἱρμὸς,

Alius Hirmus, Theodorum Studitam auctorem agnoſcit, quemadmodum priori loco recitatus Joſephum. Joſephi, & Studitæ nomina illis Hymnis accuratiſſime præfigit Triodium Vaticanum Cod. 771. itidem fere ſemper excuſa Exemplaria. Quoniam vero ea nomina raro admodum in Codice Barberino, quem vulgamus, adnotari conſueverunt, conſultius viſum eſt, eadem ubique in noſtra Editione ſupprimere, eamque prætermiſſionem hic loci Lectori ſignificare, eumdemque commonefacere, dictos Hymnos tribus tantum Odis conſtantes, quamvis Auctorum ſuorum nominibus deſtitutos, omnes ad unum, non aliis Hymnographis, quam prælaudatis Studitis vere eſſe adjudicandos; qui, ut alibi diximus, eos alternis quodammodo decantaſſe viſi ſunt. Plura etiam Tetraodia, nec non & integros Canones in Triodii Volumine recitatos Theodorus ſibi vindicat, quibus cum in Codice noſtro exacte Auctorum nomina ubique præponantur, eas certe epigraphes diligenter exſcribere, neceſſe duxi; quam diligentiam in Triodiorum inſcriptionibus referendis minime, ut dicebam, ſuaſit earumdem inſcriptionum in eo Codice infrequentia; quæ ex ſola licet Amanuenſis incuria profecta, incautum Lectorem, ſi ejus oculis exhiberetur, inducere poſſet ad exiſtimandum, eos

tan-

tantum illius generis Hymnos Theodoro, & Joſepho ceu auctoribus dandos, qui illorum nomen diſerte repræſentant, aliorum vero, ubi idem omittitur, alios inveſtigandos eſſe Scriptores. Tradit quidem Nicephorus in Synaxario præter Studitas illos poſt Coſmam reliquos quoque Patres Triodiis conſcribendis incubuiſſe; at horum Opera alii Codices exhibebunt: Barberinus vero noſter, & impreſſa Triodii Volumina, non alia (ut iterum dicam) quam Theodori, & Joſephi Triodia pro Quadrageſimæ Hebdomadibus (Sanctam jam excepi) complectuntur.

Porro cum hactenus recenſitos Hymnorum Quadrageſimalium Eccleſiæ Græcæ veteres Auctores ſua vetuſtate, ſanctitate, atque doctrina maxime venerandos eſſe conſtet; quæ de graviſſimo piaculo, quo Græci Schiſmatici Patrum monumenta novis ſuis deliramentis inſpergentes ſemetipſos obſtrinxerunt, ſub initium hujus Diatribæ de Theodori Studitæ lucubrationibus agens edixi, pari jure in ſingulis reliquorum Hymnographorum Capitibus inculcari potuiſſent. Juvat vero hic pro totius Diatribæ coronide Allatiana illa ſaltem iterare. *Ceſſent ſimplicibus imponere, ceſſent innocuis fidelibus fucum facere, ceſſent propria, & ſpuria inter vera, & tot jam annis comprobata Sanctorum ſcripta, & pre-*

 ces

ces Eccleſiaſticas inſerere. Servent ſibi dicta Patrum a maculis innoxia, ſervent poſteris, nihil detrahant, nihil addant, nihil immutent in rebus Eccleſiaſticis ſine ipſius Eccleſiæ conſenſu.

DIATRIBA TERTIA

De aliis Canticis Quadrageſimalibus Grecorum, eorumque Authoribus.

PRæter Hymnos pluribus Odis conſtantes (de quibus in ſuperiore Diatriba) locum habent, quemadmodum in reliquis Officiis Græcorum, ita etiam in Quadrageſimali breviora quædam Cantica ſequentibus nominibus [ea tantum afferimus, quæ in Barberino Codice occurrunt] indigitata, videlicet Κοντάκια *Contacia*, Οἶκοι *Oeci*, Στιχηρὰ *Stichera*, Προσόμοια *Similia*, Ἁγιοπολιτικὰ *Hagiopolitica*, Ἀνατολικὰ *Anatolica*, Ἰδιόμελα *Idiomela*, Καθίσματα *Cathiſmata*, Ἐξαποστειλάρια *Exapoſtillaria*. Quorum omnium abſtruſos, & reconditos ſenſus in hac

hac Diatriba elucidaturus, duces adhibebo peritiſſimos Viros, qui ceteris confidentius ea adyta penetrare, ac myſteria evulgare viſi ſunt, ne mihi leviter tantum iis initiato, fœde hallucinari contingat, & ſequacibus foveam facere. Quam neceſſaria ſit vocabulorum in Græcorum libris Liturgicis occurrentium explicatio, & quinam in ea diſquiſitione ſumma cum eruditionis laude præ ceteris verſati ſint, juvat edocere ipſis Ducangii verbis in Præfatione ad Gloſſarium Græcitatis: *Iam vero* [inquit] *ut ſua verba ſunt foro, ſua ſemper etiam habuit Religio, non modo apud Paganos, ſed etiam apud Chriſtianos. Verum in Chriſtiana, alia apud Latinos, alia apud Græcos ſunt, ſeu ritus ipſi, ſeu miniſteria, ut vocantur, circa res ſacras, ſeu cetera, quæ in libris Liturgicis paſſim occurrunt, ſpectentur. Nec ſcio an ullibi magis neceſſaria ſit vocabulorum inſolentium explicatio, quam in hoc argumento, tum quod rem divinam, ac ſacram ſpectent, tum quod liberiori interdum excurſu in ritus noſtris minus cognitos inquirere, reſque haud ſemper obvias Lectori patefacere liceat. Qua quidem in diſquiſitione ſumma cum eruditionis laude præ ceteris verſati ſunt, Habertus, Allatius, Morinus, præſertim vero Iacobus Goarus, qui in inſula Chio diu moratus, ex aſſidua cum Græcis Presbyteris conſuetudine, præclaram in rebus eorum ſacris cogni-*

gnitionem adeptus, '*Euchologium uberioribus Commentariis adornavit, quicquid ad Liturgica ſpectat docte omnino proſequutus; ex quibus multa nos hauſiſſe ſubinde profitemur, ita tamen ut ab illo, aliiſque pertractata novis ſæpe luminibus illuſtrentur*. Utinam de meis hiſce lucubrationibus poſtremum hoc abſque inſolenti oſtentatione prædicare mihi liceret.

CONTACIUM, ſive CONDACIUM quidnam ſit, nobis primus ediſſeret Gretſerus in Capite VII. ſuarum Obſervationum ad Georgii Codini Caput I explicans ibi tertium officium, quod Hieromnemoni in Codini Quinariis tributum legimus, κρατεῖν τὸ Κοντάκιον τῆς χειροτονίας. Ac primo quidem aſſentiri ſe poſſe negat Junio Κοντάκιον *Canticum* interpretanti. *Canticum enim* (ait Gretſerus) *generale eſt; quidquid enim cani poteſt, id utique recte dici poteſt canticum. At* Κοντάκιον *eſt peculiare quoddam genus, ut patet ex Græcorum libris Ritualibus; ſicut & apud eoſdem:* εἱρμοὶ, troparia, çanones, odæ, Theotocia, ϛιχηρὰ, καθίσματα, προσόμοια &c. *peculiaria quædam ſunt Eccleſiaſtici ritus modulamina, quemadmodum etiam apud Latinos*, Verſus, Verſiculi, Antiphonæ, Graduale, Tractus, Sequentia, *& ſimilia tam in divino Miſſæ ſacrificio, quam extra in precibus Eccleſiaſticis uſitata. Quare per generalia vocabula idonee non exprimuntur*. Dein adſcribit

bit Anconitani cujuſdam origine Græci judicium, qui ſuper hac re rogatus hunc in modum reſpondit. Κοντάκιον *non latinam vocem, ſed græcam eſſe arbitror licet vernaculam.* Κοντὸν *enim bodie Græcis eſt* τὸ βραχὺ, τὸ σύντομον. καὶ τὸ συνεσταλμένον, *ideſt, breve, compendiarium, & contractum. Proinde a brevitate Canticis eiuſcemodi nomen inditum puto, non quidem quod omnium breviſſima, ſed quod inter breviſſima ſint. Hujuſmodi vero nomenclatura nulli mira videatur, cum in Græcorum Ritualibus huic ſimiles multæ reperiantur: imo etiam nonnullæ voces, quę vel latinæ omnino ſunt, vel latinis affines, & ab illis quaſi dictæ, cujuſmodi ſunt,* ὠράριον, μανσάλιον, φακέλλιον, *& his ſimilia. Quin etiam ſi tempora, & ætatem* τοῦ ποιητοῦ τῶν Κοντακίων *ſcrutemur, nomen* τοῦ Κοντακίου *haud inſolens videbitur: cum Romanus Diaconus Emeſenus (ut habetur in Menæis Græcorum menſe Octobri die* 1. *) primus* τῶν Κοντακίων *auctor, & concinnator Anaſtaſii Imperatoris ætate, ideſt circa annum Domini quingenteſimum floruerit; quo tempore pene corruptus, & adulteratus erat græcus ſermo, ut hoc idem nomen oſtendit, & ejus ætatis locutio.* Et hæc quidem recte, ac docte a Grę-co illa ſcripta fuiſſe affirmat Gretſerus: moxque aliam Contacii notionem adducit, his verbis: *Ceterum* Κοντάκιον *adhuc unam notionem ſub-*

jectam

jectam habet; ſingnificat enim etiam librum, seu volumen, ſeu Codicem. Balſamon ad Marcum Patriarcham Alexandr. Reſp. 5. Ἀντίγραφα ἔχοντες τῶν φωνήτων ἁγίων εὐχῶν ἀπαράλλακτα, ὡς μεταχαραχθέντα ἐκ Κοντακίων καλλιγραφηθέντων διὰ γραμμάτων ἑλληνικῶν, Habentes variationis expertia uſitatarum, & ſanctarum Precum Exemplaria, tanquam ex emendatis Codicibus literis græcis tranſcripta. Ἀποστ-διωνύτας *trahitur a Gloſſario ad hanc notionem Contacion, de quo Codinus c. 7. num.* 13. ψάλλοντες τὸ Κοντάκιον, *nam hic* Contacion *non eſt Codex, ſeu volumen, ſeu liber; ſed odarium ſacrum, nempe illud, cujus initium:* Ἡ παρθένος σήμερον. *Sic apud Citrium in Reſponſ. ad Cabaſilam,* Ἄρχων τῶν Κοντακίων: *per* Contacia *non codices, ſed ſacras odas accipe. In noſtro tamen propoſito non injuria dubitari poſſet, num Contacion librum, an odarium ſignificet. Videtur enim* τὸ Κοντάκιον τῆς χειροτονίας *eſſe liber Ritualis, in quo ordo Chirotoniæ, ſeu ſacræ ordinationis inſit, quem Hieromnemon teneat. Nihil definio, ſed ſolum ſuſpicionem meam promo.* Diſcrimen inter generale nomen *Canticum*, & peculiare *Contacium* iterum inculcat Gretſerus in iiſdem Obſervationibus pag. 175. explicans quid ſit Ἄρχων τῶν Κοντακίων, in VII. Codini Quinario memoratus; iiſque verbis intelligendum ait illum, cui cura inchoandi Contacia cõmiſſa. Ibidem mirari ſe dicit Gretſerus, quid cor-

correctoribus Bonæfidei in mentem venerit, ut quem ille vocaret Præfectum Contaciorum, ipſi interpretarentur Præfectum pugillarium; *Ego* [inquit] *quid ſibi pugillares, ſeu pugillaria hæc velint, mecum exputare nequeo.*

Non minus erudite, & operoſe Iſaac. Habertus in libro Pontific. Eccleſiæ Græcæ pag. 59. & ſeq. Contacii ſignificationes expoſuit his verbis. *Non poteſt faſtidioſa iſtius Contacii homonymia, quæ tot Viris doctis illuſit, aptius declarari, quam diverſas illas actiones diſtinguendo, in quarum ritu, & perfectione Contacii mentio adhibetur. Quamobrem cum illæ præſertim quatuor ſint, Commentatio, Oratio, Liturgia, & Ordinatio, jam præſcribendum eſt, quo demum ſenſu una ipſarum quæque Contacium ſibi vindicet. In Commentatione itaque Contacion [quod eſt breve Volumen, non a vocabnlo vulgari* κοντὸν, *quod breve, & curtum ſignificat, cum multo ſit antiquius Græca dialecto vulgari, & ante mille amplius annos uſurpatum, ſed a* κοντὸς *conto, contulo, ſeu ligno exiguo, circa quod iſtud Volumen, ſeu Rotulus complicatur] Contacium, inquam, in Commentatione, ſeu negotio ſcribendi eſt Liber, Volumen, Tomus, Exemplar quodvis; ita ſumit Theodorus Antiochenus in Reſponſo quodam, ubi meminit* τῶν μεταγραφέντων ἐκ τῶν καλλιγραφηθέντων Κοντακίων, *ideſt eorum, quæ traſcripta ſunt ex Contaciis, ſeu Codici-*

T bus

bus recte, pulchreque ſcriptis. In Oratione vero, ſeu divini Horarum Officii recitatione, vel decantatione Contacium eſt genus quoddam modulatum Hymni, ſeu Cantici Eccleſiaſtici, ceteris ſimplicius, iiſque brevius, quale ſingulis diebus feſtis proprium eſt, Κοντάκιον τῆς ἡμέρας *Contacium diei vocatur.* Dein ſubjicit exemplum Contacii ejus diei, in quo de Contacio ſcribebat, qui erat dies ſacer ſancto Georgio; inſuper narrationem de ſancto Romano Contaciorum hujuſmodi Authore. Poſtea ita proſequitur: *In Liturgia præter communem hanc in divinis Officiis Contacii ſignificationem* τὸ Κοντάκιον *plerumque ſignificat preces ipſas Liturgicas, & Librum, ſeu Volumen, in quo deſcriptæ ſunt, ſic in Euchologio Cap. de Ordinatione Presbyteri. Tandem in Ordinatione Contacium duo ſignificat, 1. quidem Volumen breve, in quo Actus, ſeu tabellæ, ac literæ Electionis alicujus Epiſcopi continebantur. 2. vero ſignificat tabellam, ſeu paginam, in qua conſcripta erat forma ſolemnis Ordinationis, conceptis verbis a Pontifice conſecrante pronuntianda, quam illi offerebat Hieromnemon, ſeu aliquando Chartophylax. Formula hæc habetur parte ſequenti,* ψήφῳ καὶ δοκιμασίᾳ τῶν ἱερωτάτων Μητροπολιτῶν, καὶ Ἀρχιεπισκόπων, καὶ Ἐπισκόπων ἡ θεῖα χάρις, καὶ τὰ ἑξ, *ideſt, Electione, & approbatione ſacratiſſimorum Metropolitarum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, divina gratia &c.*

Et

Et hoc ſenſu accipiendum videtur hic Contacium, quod eſt in manibus Hieromnemonis, Κρατοῦντος καὶ τοῦ Ἱερομνήμονος τὸ Κοντάκιον, *quę verba concinunt iis, quæ habet Codinus Cap.* I. *de Hieromnemonis Officio.*

De Contacio pluribus locis agit Goarus in Euchologio; & primo quidem pag. *57.* τὸ Κοντάκιον *brevis*, inquit, *eſt Hymnus, a voce* κοντὸς parvus, *eo quod paucis laudes alicujus Sancti, vel Feſti complectatur.* Dein pag. 155. *Ob ſimilitudinem* Κοντακίου, *& Cantici cenſuit quidam melius Latine, quam Græce eruditus vocem Græcam* Κοντάκιον, Canticum *ſignificare: cum potius a dictione* κοντὸς, *idiomate vulgari*, rem brevem, *ſignificante profluat. Audet Ligaridius* ἀπὸ τοῦ κοντοῦ, haſta, *ſive* jaculo *deducere* Κοντάκιον: *quaſi foret* Κοντάζιον, oratio jaculatoria: breviorem *quippe* modulum, *ad normam Antiphonarum noſtrarum compoſitum, tum hic, tum ubique ferme declaravi: quem propterea ſic dici ſcribit Georgius Corėſius, eo quod Dei, vel Sancti ceu uſpiam laudes, paucis verbis enuntiet.* Κοντακίου *hujuſmodi authbor fertur Romanus Diaconus Emeſenus, qui Anaſtaſii Imperatoris ętate circa annum Domini 500. floruit. Liber etiam Miſſalis ſolam Baſilii, Chryſoſtomi, & Pręſanctificatorum Liturgiam complectens, tamquam* Κωδίκιον brevis codex, *ut ego quidem reor, vel ut cenſet Arcudius, ceu tenuis membrana brevi rotundo ligno*, quaſi jaculi *fragmento*, κοντῷ, *circumvolvi a*

antiquis ſolita, Κοντάκιον *presbyteris Gręcis appellatur. Ad plura ſignificanda, quod facit nuperus Author, qui vocem* Κοντάκιον *excedit, amplo nimis captu, brevem ejus menſuram excedit*. Rurſus pag. 299. *Vox* Κοντάκιον *ſępius* brevem modulum, *de quo in Liturgiam Chryſoſtomi num.* 171., *hic autem librum Miſſalem utpote* brevem, *ſolas Baſilii, Chryſoſtomi, & Germani Liturgias complectentem ſignificat*. Inſuper in Notis ad Cap. 1. Codini pag, 14. τὸ Κοντάκιον τῆς χειροτονίας, quod in Miſſis tenet Hieromnemon, interpretatur *Ordinationum omnium ordinem, ac earum Ritualem librum*: Contacia autem, quibus Præfectus ultimo loco in VII. Codini Quinario commemoratur, *Brevicula* intelligit, ac quod ibi dicitur ὁ Ἄρχων τῶν Κοντακίων, vertit, *Prępoſitus Breviculis cantandis*. Demum in iiſdem Notis pag. 15. Κοντάκιον *hic [alia namque præterea refert] modulus eſt brevior* ἀπὸ τοῦ κοντοῦ· a brevitate *nomen ſortitus: maximeque Sanctorum, quorum non eſt Officium, memoriis brevius faciendis deſervit*. Breviculum *alibi vocavi: quique his cantandis pręficitur, & intendit, eſt Authori*, Ἄρχων τῶν Κοντακίων, Breviculis concinendis Præfectus.

Contacii ætymologiam, & notionem Morinus pariter in Tractatu de Sacris Ordinationibus attingit, eas in pauca contrahens verba, in hunc modum pag. 230. *Varie a Gręcis recen-*

tio-

tioribus ſumitur, aliquando enim Tomum, ſive Volumen aliquod, ſed breve ſignificat, aliquando brevem aliquam ſancti Viri laudem, aut brevem de eodem orationem. Ideo recte a κοντὸς *derivant nonnulli, quod vulgari idiomate Græco breve, arctum, & puſillum ſignificat. In omnibus enim ſignificatis ineſt brevitatis, & compendii connotatio.* Dein ad hæc probanda affert ex Miſſa Chryſoſtomi, ex Codino, ex Balſamone textus ſuperius laudatos. Demum ſubdit: *Alius Græcus Chius originem ducebat* ἀπὸ τοῦ κοντοῦ *jaculo, haſta, unde Homerus:*

Αὐτὰρ ἐγὼ χείρεσσι λαβὼν περιμήκεα κοντόν.

Gloſſarium Ducangii in v. Κοντάκιον, primo loco Arcudii ætymologiam ἀπὸ τοῦ κοντοῦ *quaſi jaculi fragmento* laudat; dein monet pro Miſſali, vel certe pro libro Eccleſiaſtico eam vocem uſurpare Euchologium in Ordinatione Presbyteri, quemadmodum Balſamonem in Reſp. 5., & pro quovis Eccleſiaſtico Codice Codinum de Officiis Cap. 1. n. 13., & ibidem Catalogum Regium, adeo ut qui hiſce libris Eccleſiaſticis præerat, & eorum curam habebat, dictus inde fuerit, Ἄρχων τῶν Κοντακίων, apud Joannem Epiſcopum Cypri in Reſp. ad Cabaſ., & in Catalogis Officiorum Magnæ Eccleſiæ; demum Κοντάκιον, quod eſt *brevis Hymnus*, ex Goaro ita dictum tradit a voce κοντὸς *parvus*, quod paucis laudes alicujus Sancti, vel Feſti complectatur. At diligenter

apud

apud eumdem Ducangium obſervandus eſt locus ab eo productus ex Typico Monaſterii Deiparæ τῆς Κεχαριτωμένης cap. 24. ex eo enim manifeſtum fit, Κοντάκιον, fuſtem, ſeu haſtam connotare, circa quam libri convolvebantur. En verba Typici: Καὶ ἀποχαφαὶ τῶν τοιουτοτρόπως ἐξοδιαζομένων νομισμάτων ἐν ἰδιάζοντι κονταχίῳ κατεστρωννύμεναι εἰς τὸ ἀρχεῖον κεῖσθαι ὀφείλουσιν. Notanda ibidem ſignificatio Contacii ex Epimeriſmis Herodiani, & ex Moſchopulo: Τόμος, Κοντάκιον. At Τόμος ex eodem Ducangio eſt *membrana explicata, libellus, epiſtola, χαρμάτιον, χάρτης.*

His omnibus nil novi adjungit Nicolaus Rayeus in præcitata Diſſertatione Præliminari ad Tom. ſecundum Menſ. Junij, ubi operoſe Græcorum Ἀκολουθίαν evolvendam ſuſcepit; præterquamquod, κοντὸν *jaculum* proprie ſignificare negans, Morinum redarguit, qui ex verſu Homerico ſuperius laudato id velle probare videtur. *Hunc Homeri locum* (ait Rayæus) *ſi Morinus adiiſſet, vidiſſet luce clarius* κοντὸς *non eſſe* jaculum, *ſed* prælongam perticam, *qua minora navigia impelluntur, latine quoque* Contus *dictam: ibi enim facit Homerus Ulyſſem narrare, quomodo appropinquantem ad littus Polyphemum detruſerit, arrepto immani conto.*

Mihi vero (ut & ipſe ſymbolam meam afferam) quæ de Contacio poſt prælaudatorum Viro-

rorum dicta occurrunt adnotanda hujuſmodi ſunt. Primum, fidenter affirmo Rituales Græcorum libros ea de cauſa Contacii vocabulo deſignari conſueviſſe, quod paſſim circa brevem haſtam (unde Voluminis Latinis orta eſt appellatie) convolverentur; id ſiquidem extra omne dubium mihi ponit, quod in Diplomate Geraſimi Abbatis a Cl. Montfauconio ex Bibliotheca Romana Baſilianorum exſcripto Palæogr. Græcæ Libro VI. pag. 403. & ſeqq. obſervavi, nimirum in minuta recenſione Librorum Eccleſiaſticorum a Geraſimo facta *Κοντάκια* opponi *τοῖς τετραδίοις* pag. 404. lin. 26. ideſt Volumina, ſeu Rotulos Libris compactis, & diſtributis in quaterna folia; nam *τετρὰς*, & *τετράδιον* Græci nuncupant *Quaterniones* librorum, quia videlicet, ut adnotavit idem Montfauc. Palæogr. lib. 1. pag. 26. quatuor foliis duplicatis, aliumque in alio inſertis conſtant. Eam anthitheſim quæſtioni noſtræ diſſolvendæ maxime idoneam, non adeo obviam Lectori efficit Latina Diplomatis illius verſio; ibi enim Græca *Tetradii* vox retinetur, quam per Latinam *Quaternionis* reddere conſultius fuiſſet. Nihilominus Viro doctiſſimo perſuaſum fuiſſe video, non aliunde, quam ex cauſa ſuperius allata Eccleſiaſticos Græcorum libros *Contacii* nomenclaturam ſibi vindicaſſe. Siquidem Palæog. lib. 1. cap. 4. de veteri Librorum,

ſeu

ſeu Voluminum forma tractans, de Contaciis, nulla excitata controverſia, hæc habet pag. 33. & ſeq. *Præter libros compactos habent item Græci* Κοντάκια, Contacia, *quæ vulgarius* Rotuli *vocitantur. Eſt vero contacium brevis baculus, ut plurimum palmi longitudine, cui hæret obvoluta miræ longitudinis charta membranea, ex multis foliis conſequenter agglutinatis confecta: ubi deſcriptæ ſunt orationes, & officia Sacerdotibus recitanda, cum ſacra adminiſtrant. Duo ſolum vidi Contacia, aliud in Bibliotheca Regia, aliud Romæ in Bibliotheca RR. PP. S. Baſilii. Alia quædam* Κονδάκια, *ſive* Κοντάκια *memorantur inferius Diplomate Geraſimi Abbatis. Sunt porro Contacia ex utraque folii parte deſcripta; ita ut cum ad primæ paginæ finem pervenerint, ab eadem folii extremitate, vertendo chartham, ſecundæ paginæ lectionem ineant, pergantque donec ad baculum, unde ab altera pagina legere orſi ſunt, denuo recurrant.* Et Libro VI. pag. 386. Κοντάκια, *ſive* Κονδάκια *erant Volumina, ſine Rotuli, ſeu folia oblonga parvo baculo rotundo hærentia, ipſique circumvoluta.* Hæc de Contaciis accurate Montfauconius. At non ita apud eumdem accurata eſt Hirmologii, cujus mentio eſt in laudato Geraſimi Diplomate, deſcriptio pag. 387. ubi Hirmi cum Hymnis confunduntur, utique ex Amanuenſis, ſeu Typographi incuria; nam diſcrimen inter utroſque eruditiſſimo Viro notum

fuiſ-

fuiſſe nullus dubito. De Contacio Baſiliano eadem fere, quæ in Palæographia, tradiderat in ſuo Diario Italico pag. 211. & ſeq. Contacium iſtud, quod & ipſe vidi, atque evolvi, mutilum eſt ab initio duobus, aut tribus foliis deficientibus, continetque puram putam S. Baſilii Liturgiam ita ex utraque folii parte deſcriptam, ut abſoluta primæ paginæ lectione, ſcilicet cum ad baculum perventum fuerit, alterius paginæ lectio, vertendo chartam, ab illamet extremitate inchoanda ſit, pergendumque, donec circa baculum tota charta convolvatur, eo prorſus modo quo ante lectionem eidem circumvoluta jacebat; nec enim bene intelligo, quidnam in tradita a Montfauconio Contacii deſcriptione ſignificent poſtrema illa verba, *donec ad baculum, unde ab altera pagina legere orſi ſunt, denuo recurrant*; clarius profecto iiſdem verbis paululum immutatis diceretur, *donec ad baculum altera pagina, unde legere orſi ſunt, tota denuo recurrat*. At hæc minutiora; maximi vero momenti fuit prælaudatum Diploma ad genuinam Contacii originationem detegendam. Nemini autem mirum videri debet, generalem Contacii, ſeu Voluminis notionem, Ritualibus Græcorum Libris propriam evaſiſſe, cum paſſim uſuveniat genericas voces, plura tamquam membra complectentes, ad unum tantum ex his per antono-

Digitized by Google

maſiam, aut per excellentiam ſignificandum circumſcribi; quemadmodum, ut in ſuppoſito argumento ſiſtam, Βίβλοι, & Βιβλία abſque ullo adjuncto appellantur ſingula ſcripta verbi divini, unde uſitata Bibliorum nuncupatio profluxit. Nec magis mirum, quod cum in iiſdem Ritualibus libris non infimum locum obtineat breve illud odarium *Contacium* dictum, & fortaſſe reliquos id genus hymnos vetuſtate exſuperet, genericum integri ſacri Voluminis nomen eidem, uſu ita volente, ſpecialius adhuc inhæſerit; ſic in Operibus S. Leonis Magni, quæ ſpiſſum Tomum conficiunt, Tomus magis proprie indigitatur eiuſdem Pontificis Epiſtola ad Flavianum Epiſcopum; ſic cum integrum volumen chartaceum χάρτυς vocetur, χάρτυς item vocatur breviſſima quælibet grammatophylacii membrana. Τόμος autem ex Epimeriſmis Herodiani, & Moſchopulo idem eſt ac Κοντάκιον, ſicut etiam idem eſt χάρτυς ex Gloſſis Nomicis Vaticanis apud Ducangium, ubi dicitur, quod liber ex quaternionibus compactus *Tabula* vocatur, Charta vero, ſi in volumen ſinuetur, τὸ δὲ ἐξ εἰλήματος χάρτυ, ἀυτὸ τοῦτο χάρτυς λέγεται. Equidem præcipue diſplicet, quod a Viris doctis duplex Contacii ætymon paſſim uſurpetur, quorum uno Contacium *Hymnus*, alio Contacium *Liber Ritualis* procreetur, cum unicus utrique fœtui ſinus ſufficiat,

ficiat,

ficiat, ut modo explicavi. Unicus etiam ſufficeret a voce κοντὸς *brevis*, ſi cui poſterior hæc notatio adhuc arriſerit; nam in promptu foret aſſerere, quod quemadmodum Κοντάκιον *hymnus* nomen ſuum nactum eſt a brevitate, qua præ ceteris id genus canticis magnopere gaudet, ita *Libri Rituales* Κοντάκια vocitentur, propterea quod, quaſcumque illorum partes deſignes, mutili truncati, contracti apparent, cum plurima in ſingulis deſiderentur, quæ ex aliis codicibus ſupplenda ſunt, tantumque in iis partibus brevitatis cauſa indicantur. At ad reliquas obſervationes procedamus.

Secundo itaque obſervo, Α'ρχοντα τῶν Κοντακίων, de quo Codinus in Quinariis, & Citrius in Reſponſis, minime intelligendum videri, quemadmodum Gretſerus, & alii paſſim exponunt, Præfectum ſacris odariis, cui cura inchoandi illa commiſſa foret, ſed omnino ſacris libris præpoſitum; quod demonſtrant aliæ formulæ in iiſdem Quinariis congeſtæ, videlicet Α'ρχων τῶν φώτων, Α'ρχων τῶν Α'ντιμινσίων, atque preſſius ad rem noſtram, Α'ρχων τοῦ Ε'υαγγελίου, qui, ut ex verbis ſubſequentibus εἰς τὸ κρατεῖν τοῦτο εἰς τὰς λιτάς certum redditur, ille erat, cui ad ſupplicationes, & litanias Codicem Evangelii tenere ex officio incumbebat: ita Α'ρχων Ε'υαγγελίου ſonat eidem Gretſero Cap 9. Lib. I. Obſeru., ſive munus illud eſſet τοῦ διυπηρετοῦντος τῷ

Διακόνων, *ſecundarii Diaconorum*, ſicuti diſerte ſcribit Joannes Citrius, ſive alterius, ſicuti ex Codino conjicimus, qui Ἄρχοντα τῦ Εὐαγγελίου collocat in quinta Pentade, ſecundum vero Diaconum in ſexta. Accedit, quod munus imponendi, ſeu incipiendi hymnos in ſacris Eccleſiæ miniſteriis proprium erat Canonarchæ, a Canonibus, aut aliis id genus cantionibus, quando in Eccleſiæ decantandæ erant, inchoandis, & reliquis quaſi præeundo ita nuncupati, teſtante etiam Gretſero Lib. I. Obſerv. Cap. XII. Favet tamen, ut verum fatear, priori ſententiæ locus in alio Catalogo a Goaro ad Euchologium pag. 272. producto, ἄρχοντι τῶν Κοντακίων tributus, ſcilicet inter officia chorali cantui deſtinata, quæ ibi ita deſcribuntur: Ἀναγνωςῶν δὲ ὀφφίκια, οἱ δύο Δομέστικοι ἀμφοτέρων τῶν χορῶν, καὶ οἱ δύο λαοσυνάκται, λέγεται δὲ Δομέστικος Λατινικῆς οὔσης τῆς λέξεως, ὁ ἔξαρχος, καὶ προηγούμενος, ὁ ἐπιςάτης τῶν μελῳδιῶν δηλονότι. ὁ πρωτοψάλτης, ὁ πριμικήριος τῶν Ἀναγνωςῶν, ὁ ἄρχων τῶν Κοντακίων, ὁ πρωτοκανονάρχος. *Lectorum vero Officia ſunt, utriuſque chori Domeſtici. Duo populi Collectores, diciturque Domeſticus Græce a vocabulo Latino; præpoſitus, & præceſſor, Præceptor, ſive præfectus, Officiorum canendorum videlicet, Primus Cantor, Primicerius Lectorum, Breviculis præpoſitus, Canonarcharum primus*; ita ex verſione Goari, qui & in Notis ad hunc locum, Breviculis præpoſitum illum eſſe di-

dicit, *qui ea decantandi munus commiſſum habet: ſicut Choriſtæ, vel Acolythi, apud Latinos Verſus, & horarum Reſponſoria*. Tertio, Correctores Bonefidii, dum *præfectum Contaciorum* interpretati ſunt *præfectum pugillarium* (quibus ita exponentibus miratus eſt Gretſerus, quid in mentem venerit, nec exputare valuit, quid ſibi pugillares, ſeu pugillaria hæc vellent) Κοντάκιον, & Κοντίλιον pro uno habuiſſe; Κοντίλιον autem & ipſum a voce κοντὸς *brevis* derivatum *calamum ſcriptorium* ſignificat, ſeu ſtylum ad literas in pugillaribus exarandas idoneum. Quarto, non ideo rejiciendam, quod facit Habertus, Contacii ætymologiam a voce κοντὸς *brevis*, quod illud multo ſit antiquius Græca dialecto vulgari; nam veroſimile omnino eſt, Græcum illud vocabulum ex Latino *curtus* originem ſuam deſumere: voces vero inſititias Romanas vel ipſis Novi Fœderis tabulis inſperſas reperimus, ac maximam ſcimus in Græca lingua deprauationem accidiſſe, cum Conſtantinus Magnus in Thracia fixit ſedem Imperii, ac pleroſque e Senatoribus, ceteriſq; Romanis Proceribus in Græcanicas Provincias ſecum traduxit, de qua re videndus Ducangius in Præfatione ad Gloſſarium Græcitatis. Quinto, non multum abhorrendum ab illa ſignificationum copia, quam voci Κοντάκιον Habertus tribuit, licet eam illi vitio verterit Goarus ver-

bis

bis illis ſuperius relatis: *Ad plura ſignificanda*, *quod facit nuperus Author*, *qui vocem* Κοντάκιον *extendit*, *amplo nimis captu brevem ejus menſuram excedit*. Sexto, longe æquius eidem Goaro vitio vertendum, quod Κοντάκιον, dum librum Miſſalem ſignificat, tamquam Κωδίκιον *brevem Codicem* accipiendum exiſtimet. Occurrit quidem vox hæc pluries in Synodo VI. Conſtantinop. & alibi; at utramque vocabulum, quod pertinet ad eorum originationem, ſatis diſcriminant verba Catalogi de Officiis Conſtantinop: ab ipſomet Goaro ex Regiis Mss. in nova Codini Editione exhibiti, ubi de Officio Hieromnemonis, ad quem ſpectare dicitur, tenere τὸ Κοντάκιον, καὶ Κώδικα τῶν χειροτονιῶν, *Miſſale*, *&* *Ordinationum Codicem*. Septimo, traditam a Ligaridio ætymologiam, quod Κοντάκιον ſit quaſi κοντάξιον *oratio jaculatoria*, quam plerique omnes rejiciunt, non parum veriſimilitudinis mutuari poſſe ex Gennadii περὶ τῆς ἀπολαύσεως τῶν Ἁγίων cap. 4. ſi ibi ex Ducangii lectione in v. Στιχηρὸν inter modos in Eccleſia Græca conſuetos κοντάξια vere recenſerentur; at mendum Gloſſarii demonſtrat textus Græcus Gennadii, nec non Latina ejus verſio, in quibus non κοντάξια, ſed Κοντάκια, *Contacia* legi deprehendi. Octavo, Ducangium v. Κοντάκιον officium τοῦ ἄρχοντος τῶν Κοντακίων his verbis deſcribentem, *qui Libris Eccleſiaſticis præerat*, *&* *horum curam habebat*, illud cum offi-

officio Chartularii, ſeu Chartophylacis quodammodo confundere; exactius enim dixiſſet, ἄρχοντα τῶν Κονταxίων eum eſſe, qui in Eccleſiaſticis functionibus Libros Eccleſiaſticos ex officio tenet, & defert. Demum obſervo, quod licet in Homerico illo Α'υτὰρ ἐγὼ, vere, ut ait Rayæus, *prælonga pertica* voce κοντὸς ſignificetur, non *jaculum*; attamen κοντὸν, quemadmodum & κοντάριον, *telum* etiam & *ſpiculum* quandoque ſignificare, Ducangii Gloſſarium edocebit; necnon *brevem baculum* eadem voce ſignificari edocebunt alia Lexica, in quibus ἀνακόντωσις ita ex Hippocrate, & Galeno deſcribitur, *renixus qui fit conto*, hoc eſt, *conto inniti, conto fulcire gradum*; *quum videlicet aliquis loco cruris conto corpus fulcit*. At cum diutius de Contacio diſſeruerim, jam video me a brevitate per vocabulum illud juxta communem ſententiam connotata longus abſceſſiſſe; ſi tamen, ut ſpero, obſervationibus meis rem ipſam aſſequi mihi contigit, jaculum, quod, meo judicio, eidem originem dedit, haud extra ſcopum jeciſſe (quod maxime refert) videri debeo. Genuinas has ætymologiam, & notionem accuratius perſcrutari operæ pretium fuit, cum illæ tot Viros doctos in contrarias partes diſciderint. Cetera hujus Diatribæ paucis expediam.

OECUS, *Hymni genus eſt in Dei, vel Sancti alicujus laudem ita conſtructum, ut quaſi* compagem,

gem, ædificium, fabricamque *virtutum ejus*, & *gloriæ videatur componere*: & *ideo* Κοντακίῳ *opponitur, ut eo amplius*, & *diffuſius*. *Itali quoque ſua poemata habent* ſtanze *ſua lingua*, *ideſt* domus, *ſive* habitacula *dicta*. Ita Goarus ad Euchol. pag. 57. qui pag. 541. & hanc interpretationem Ligaridio ſe debere profitetur, & aliam a Meurſio traditam, Οἶκον *Lectionem in Eccleſia uſurpatam* vertente merito rejicit, propterea quod quænam ſit illa lectio divinandum Lectoribus relinquat. De hujus vocabuli notione nec Ducangius, nec alii plura tradiderunt. Addi poſſet, Poetas Arabas οἴκον paſſim appellare diſticha, & tetraſticha, item Syrogræcos eamdem appellationem ad Hymnorum ſtrophas extendere; has ipſas, non vero Poemata ſua *ſtanze* ab Italis vocari exactius ſcripſiſſet Goarus.

STICHERA ſunt *verſus ab Hymnographo Eccleſiaſtico*, *licet prolixiori ſententia*, *ad longiuſcularum etiam periodorum normam*, *compoſiti*; inquit Goarus ad Euchologium pag. 206. ibidem diſcrimen non modicum inter ϛίχον, & ϛιχηρὸν adnotans, quoniam ille eſt *Verſiculus* e Scriptura, & maxime e Davidicis Pſalmis depromptus. Vox illa inde deducta Ducangio videtur, quod ſancti Patres ſingulos ſacræ Scripturæ libros ϛιχηρὰς βίβλυς vocarent. Quomodo autem Græcis mos eſſet antiquitus per ϛίχυς, ſeu verſiculos, orationis

nis partes diſtinguere; nec tamen στίχος integram periodum deſignaret, ſed eam partem, etſi perquam minimam, ubi jam aliquis ſenſus, licet imperfectus, & inchoatus, videbatur eſſe, itaut in unica periodo tres, quatuor, imo quinque, ſex, aut plures στίχοι numerarentur, aliquando plures, interdum pauciores, uti ratio poſtulabat; & quomodo hujuſmodi recenſio, ut frequentiſſima eſt in Libris ſacris, ſic rara foret in aliis; ac demum quomodo verſiculi omnes a linea ducerentur, quod ipſum nomen στίχος ſonare videtur, indeque στιχηρῶς poſita diceretur ſcriptio, in qua ſinguli verſiculi ſuam lineam inchoarent, quam lineam ut plurimum ob brevitatem non excederent, nec implerent plerumque, aliquando tamen στίχος lineas aliquot complecteretur, etſi rarius: hæc, inquam, omnia erudite explicat exemplis etiam appoſitis Montfauconius Palæogr. lib. I. cap. IV. Qui Eccleſiaſtica Græcorum Melodorum cantica metro ligata exiſtimant, de quorum ſententia in II. Diatriba, fruſtra id ipſum ex voce Στιχηρὸν, quam *Verſum* reddimus, adſtrui poſſe cenſeret; nam in libris etiam proſa deſcriptis verſiculos a linea ductos fuiſſe, docebunt exempla ſcriptionis στιχηρῶς ductæ prolata a Montfauconio; item docebit Hieronymus ad Paulam, & Euſtochium Præfatione in Heſaiam hæc habens: *Nemo cum Prophetas verſibus viderit*

eſſe deſcriptos, metro eos exiſtimet apud Hebræos ligari, & aliquid ſimile habere de Pſalmis, & operibus Salomonis. Sed quod in Demoſthene, & Tullio ſolet fieri, ut per cola ſcribantur, & commata, qui utique proſa, & non verſibus conſcripſerunt: nos quoque utilitati legentium providentes, interpretationem novam novo ſcribendi genere diſtinximus; demum Voſſius in Ætymologico, cujus hæc ſunt verba in v. *Verſus*: *Nec dubitari debet, quin ſinguli ſcripturæ ſulci ex eo* Verſuum *nomen acceperint, quod, ut Agricola vomere ſolum, ſic ſcriptor ſtilo ceram vertat, ac ut ille in terra ſulco uno abſoluto vertit aratrum, aliumque ſemper ſulcum efficit, ſic qui ſcribit, ſtilo ſiniſtrorſum verſo, prolatoque novum in terra ſulcum ducat; cum autem id non minus in proſa fiat, quam in carmine, patet* Verſus *nomen naturæ ſua non minus ſolutæ, quam ligatæ Orationi convenire*. Quæ Voſſius de Latina voce *Verſus*, nos de Græca ςιχηρὸν dicere debemus.

PROSOMOIA Stichera vocantur hujuſmodi longiores verſus, dum æquali, ſeu quaſi æquali ſyllabarum numero conſtant, ut eodem tono decantentur. Frequentiſſimum eſt in Sticheris lemma illud ὅμοιον, *ſimile*, quod indicat, Verſum ſequentem eadem ratione cantandum, qua præcedens.

HAGIOPOLITICA Stichera *Verſus Urbis ſanctæ*, nam Hieroſolyma *Urbs ſancta* audit, vul-

vulgo exponuntur ; addit Goarus ad Euchol. pag. 202. *ideſt ab Andrea Hieroſolymitano, ſive Urbis Sanctæ Epiſcopo compoſiti*. De horum Verſuum auctore inferius: hic ſolum notandum, perperam Andream hunc, inter Melodos celeberrimum, *Epiſcopum Hieroſolymitanum* dici, nec leviori ſphalmate apud Ducangium v. Ἁγιοπολίτης, *patria Hieroſolymitanum*; fuit enim Andreas, ut ſuo loco dictum eſt, patria Damaſcenus, monachatu Hieroſolymitanus, Epiſcopatu Cretenſis.

ANATOLICA Stichera *Verſus auroræ luceſcente*, ἀνατέλλοντος τοῦ ἡλίου *cantandos* definit Goarus ad Euchol. pag. 58. Ducangius, & alii. Ego vero ita nuncupatos exiſtimo, quoniam ab Anatolio compoſiti fuerunt, ut inferius tradam. Vehementer interea mirari ſubit, prædictos Viros confidenter affirmare, hujuſcemodi Stichera a matutina hora, qua canuntur, nomen ſuum obtinuiſſe, cum in Libro, qui Ὀκτώηχος, *Octoechus* appellatur, ubi Anatolica frequentiſſima ſunt, hæc non minus ad Laudes, quam ad Veſperas ponantur; quod etiam obſervare eſt in noſtro Triodio.

IDIOMELA *Cantica feriæ propria* interpretantem Meurſium ἰδιομελῳδεῖν *ſibi ipſi cantare* affirmat Goarus in Notis ad cap. VII. Codini de Officiis, ſubdens: *Eſt itaque* proprii cantus modulus, *qui nimirum* proprio, ac privato modulandi genere occinitur; *hacque ratione* ξοπάζειν ad alterius cantum

tum

tum inflectendo *opponitur*. Gretſeri verſio ad caput illud Codini num. XXIII. Ἰδιόμελον τὸ τῆς ἑορτῆς, *feſti proprium canticum* reddidit. Per quæ verba ſcrupulum non levem injectum ſibi fuiſſe fatetur Rayæus in laudata Diſſertatione Præliminari, exiſtimans inde poſſe concludi, Canticum aliquod nuncupari *Idiomelum*, quia *feſto proprium* ſit, non vero quia *peculiarem ſibi modulationem* vindicet; ſed evanuiſſe illum ſignificat, quando vel in ipſo trium Præſulum Officio a ſe edito vidit, plura eſſe Stichera feſto congruentia, quæ non inſcribuntur Ἰδιόμελα, quod illi argumento fuit, non propterea canticum aliquod apud Græcos dici Ἰδιόμελον, quia feſto proprium eſt, ſed quia peculiari, & a ceteris diſcreto ſono accinitur. Inſuper obſervavit, quod Ἰδιόμελον in margine dicti textus Codini, & etiam cap. x. num. 5. exponatur *proprii cantus Canticum*. *Iam vero* (inquit) *quid eſt, amabo, proprii cantus canticum, niſi canticum peculiari, ac proprio modulandi genere cantandum?* Notula Goari ſuperius adducta, quę Rayæum minime latere debuit, ad omnem illi ſcrupulum, atque anxietatem eximendam ſatis eſſe potuiſſet. Prædictam interpretationem Goarus ad Euchol. pag. 206. docto Ligaridio acceptam refert; ut Ἰδιόμελον ſit quaſi ἴδιον ἔχον μέλος, cum εἱρμὸς ex oppoſito alios modulos ad ſui normam decantari permittat. Goari verba hic quoque

que exſcribit Ducangius; prętérquamquod dum dicit Idiomelum *peculiari ſibi voce recitari, cum contra* εἱρμὸς *alia, ad ſui normam decantetur*, ea deſcriptione non Idiomelum ab Hirmo diſtinguere imo vero unum cum alio confundere videtur, quorum tamen diſcrimen laudata Goari verba exacte deſignant.

CATHISMA modulum eſſe, inter quem cantandum, cantoribus ad pauliſper quieſcendum, & e labore reſpirandum, ſedere licitum eſt, tradit Goarus ad Euchol. pag. 34. & 435. Rariſſime enim, ut ipſe ait priore loco, & fere nunquam in Eccleſia ſedent Gręci, ac in mentem Tertulliani lib. 1. de Orat. conſpiraſſe videntur, dum ſcribit: *Irreverens eſſe aſſidere ſub conſpectu, contraque conſpectum ejus, quem maxime reverearis, ac revereris, quanto magis ſub conſpectu Dei vivi, Angelo adhuc orationis aſtante, factum iſtud irreligioſum eſt? niſi exprobremus Deo, quod nos oratio fatigaverit.* Habent nihilominus Pſalmos aliquos, nec non Cantica quædam, quę ſedendo perſoluunt, & utriſque Cathiſmatis appellationem impoſuerunt. Pro materię diverſitate obſervat Ducangius ex Allatio in Diſſert. 1. de Lib. Eccleſ. Gręc. pag. 56. ea cantica Ἀναπαύσιμα, Ἀναστάσιμα, Ἀποστολικὰ, Θεοτόκια, Κατανυκτικὰ, Μαρτυρικὰ, τῶ Μηναίυ, & Σταυρώσιμα dici, nimirum, *de Defunctis, de Reſurrectione, de Apoſtolis, de Virgine, pro pecca-*

to-

torum remiſſione , de Martyribus , Menæi , de Cruce . Eadem ferme percenſentur a Goaro ad Euchol. ſparſim. Celeberrimus eſt Κανὼν Ἀκάθιστος, ſic dictus, quod a Populo ob Urbem ter ſervatam ope B. Virginis per totam noctem ſtante *ſine ſeſſione* caneretur Sabbato in matutinis hebdomadæ quintę jejuniorum.

EXAPOSTILARIUM, *num ille hymnus eſt , ad quem concinendum in Chori gremium mittitur aliquis? an talis alius , qui in Sancti , vel myſterii alicujus memoriam* ἐξαποστέλλεται *emittatur? num potius is eſt , qui mittendam Spiritus ſancti gratiam advocet? vel denique qui , juxta docti Ligaridii ſenſum , fere ſemper de Apoſtolorum in orbem diſperſione , & prædicatione , vel aperte , vel ſubobſcure memoriam habeat?* Sic Goarus ad Euchol. pag. 57. Ego vero cum Ducangio in Gloſſario probabilius exiſtimo ita appellatos ejuſmodi hymnos a voce ἐξαπόστειλον, quę in iis frequenter occurrit, ut docent exempla ab eodem allata. Ducangii ſententia cum Goari conjectura bene componitur. Gretſerus in Pręfat. lib. V. Tom. III. de Cruce pro eodem accipere videtur Ἐξαποστειλάρια, & Ἀπολυτίκια, innuens ea *a dimittendo cœtu* ita appellari; apertius ea in unum confundit Combefiſius in Notis in Sanctum Andream Cretenſem pag. 367. *Exapoſtilarium* (inquit) *quod ubique ad finem Canonum video poſitum , nil aliud arbitror ſignificare , quam velut Dimiſſorium ,*

rium, ac quaſi Miſſam. Quod enim Ligaridius, Coreſiuſque conſulti, alter a miſſione Apoſtolorum, alter a gratia, quam petamus nobis a Deó mitti, dictum reſponderint, liquet hallucinatos, videritque ſtatim, qui hujuſmodi aliqua Exapoſtilaria legerit. Imo vero hallucinatos exiſtimo Gretſerum, & ipſum Combefiſium. Certe Exapoſtilarii, & Apolyticii notiones inter ſe convenire nec Cangius, nec Goárus, nec Allatius prodiderunt. Duo priores quaſnam attulerint vocis hujus *Exapoſtilarium* interpretationes jam vidimus, eaſque ad dimittendum cœtum nulla ratione ſpectantes; iidemque de Apolyſi, & Apolyticio agentes, his vocibus nec unam ex pluribus Exapoſtilarii notionibus attribuunt. *Finis Officii* [ait Goarus ad Euchol. pag. 32.] Α'πόλυσις eſt *dimiſſio, moduluſque ille, qui terminando Officio idoneus cenſetur* Α'πολυτίκιον, eſt *dimiſſorium*. Et pag. 121 Meurſium merito reprehendit, quod dictionem Α'πόλυσις ultimum cujuſque feſti diem, quo quaſi ſolemnitas ſoluitur, ſignificare opinetur, ac ignoret, eam præterea ſolito ſæpius indicare Officii cujuſque Eccleſiaſtici finem, quo populi conventus ſoluitur, ac dimittitur, verum & partis ejus prolixioris ſignanter ab altera diverſæ. Eadem de utraque voce Α'πολυτίκιον, & Α'πόλυσις leguntur in Gloſſario Ducangii, & apud Allatium de Dominicis, & Hebdomadibus Græcorum num. VII.

Ra-

Ratio autem a Combeſiſio allata, quod Exapoſtilarium ad finem Canonum ubique poſitum deprehenderit, infirma prorſus, & inanis; quemadmodum quis futiliter conjiceret initium Evangelii Joannis, & Antiphonas de beata Virgine *dimiſſorium* ſignificare, quod illo Miſſarum ſolemnitas, iſtis divinorum Officiorum recitatio abſolvi conſueverit.

Hæc de nominibus brevium Canticorum, quæ Barberinum Triodium uſque ad Officium Hebdomadæ ſanctæ (nam, quæ de novo in ea occurrunt, peculiari Diatriba ſuo loco expendentur) repræſentat, habui, quæ dicerem. Porro quam difficile ſit genuinas eorumdem notiones compertas habere, experti ſunt omnes, qui hujuſmodi tractationi manum admoverunt, atque inter hos Combeſiſius paulo ante verba modo citata ita ſcribens: *Satis difficile, nec modernis Græcis compertum omnino arbitror, quid proprie velint hujuſmodi nomina in divinis Officiis, ac unde ſint dicta; conſultique ſi quos modo Græcia doctos habere videtur, vel Romæ, vel in partibus ipſis Græciæ, aliud, aliudque reſpondent, ut quiſque potius ex ſuo capite conjicit, quam ex certo aliquo antiquitatis monumento, aut traditione cognoſcit*. Plura tamen de hoc argumento non ex inanibus conjecturis, ſed ex certis antiquitatis monumentis allerta, & elucidata Lector, ut ſpero,

10, in hac Diatriba deprehendet, prælaudatis Viris facem mihi præferentibus.

Jam vero quod ad prædictorum Canticorum Auctores attinet, celebris in primis Contaciorum Scriptor habetur ſanctus Romanus, Emeſenus origine, Berytenſis Eccleſiæ Diaconus; qui circa annum Chriſti quingenteſimum, Anaſtaſii Imperatoris tempore floruit. Quomodo autem divitem venam in illis modulis compingendis divinitus iſte receperit, cum ſcilicet jubente Deipara, quæ illi ſpectabilem ſeſe in ipſa Chriſti Natalitia nocte præbuerat, Chartaceum Volumen deglutivit; moxque ambone conſcenſo extemporale odarium illud effuderit, *Virgo hodie Superſubſtantialem gignit*, Synaxarium in Menæis ad Kalendas Octobris, qua die in Eccleſia Græca Romani memoria recolitur, his verbis enarrat: Οὗτος ὁ ἐν Ἁγίοις Ῥωμανὸς ὑπῆρχεν ἀπὸ Συρίας ἐκ τῆς Ἐμεσηνῶν πόλεως, Διάκονος γενόμενος τῆς ἐν Βηρύτῳ ἁγίας Ἐκκλησίας. Καταλαβὼν δὲ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐν τοῖς χρόνοις Ἀναστασίου βασιλέως, κατέμενεν ἐν τῷ ναῷ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἐν τοῖς Κύρου, ἐν εὐλαβείᾳ διάγων, καὶ διανυκτερεύων ἐν τῇ παννυχίδι τῶν Βλαχερνῶν. ἐπετέλει οὖν ἐκεῖσε τὴν παννυχίδα, καὶ πάλιν ὑπέστρεφεν ἐν τοῖς Κύρου. ἔνθα καὶ τὸ χάρισμα τῆς συντάξεως τῶν Κοντακίων ἔλαβεν, ἐπιφανείσης αὐτῷ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου κατ' ὄναρ, καὶ τόμον χάρτης ἐπιδούσης, καὶ κελευσάσης αὐτὸν καταφαγεῖν. ἔδοξεν οὖν ἀνοῖξαι τὸ στόμα, καὶ καταπιεῖν τὸν χάρτην. ἦν δὲ ἑορτὴ τῶν τοῦ Χριστοῦ γεννῶν, καὶ

εὐθέως ἔξυπνος γενόμενος, ἀναβὰς ἐν τῷ ἄμβωνι ἤρξατο ψάλλειν, Ἡ Παρθένος σήμερον τὸν ὑπερούσιον τίκτει. καὶ ποιήσας καὶ τῶν λοιπῶν ἑορτῶν τὰ Κοντάκια, ἀλλὰ δὴ καὶ τῶν ἐπισήμων Ἁγίων, ὡς εἶναι τὸ πλῆθος τῶν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων Κοντακίων ὑπὲρ τὰ χίλια, ἐν εἰρήνῃ ἐτελειώθη. Ædes Deiparæ, in qua dormiens Romanus inditum ſibi divinitus Contaciorum donum perſenſit, *Cyri* ἐν τοῖς Κύρου dicebatur, a Cyro ejus conditore, qui Theodoſii Junioris Imperatoris temporibus floruit, ejuſque nonnulli ex Byzantinis ſcriptoribus meminerunt. A Græcis die v. Maii celebrantur Enkænia τοῦ ναοῦ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἐν τοῖς Κύρου. Eccleſia autem Blachernarum, celeberrimum Pulcheriæ Imperatricis opus. Primævum illud Romani Contacium integrum extat in Menæis die 25. Decembris, quod ita habet:

Ἡ Παρθένος σήμερον τὸν ὑπερούσιον τίκτει.
Καὶ ἡ γῆ τὸ σπήλαιον τῷ ἀπροσίτῳ προσάγει.
Ἄγγελοι μετὰ ποιμένων δοξολογοῦσι.
Μάγοι δὲ μετὰ ἀστέρος ὁδοιποροῦσι.
Δι' ἡμᾶς γὰρ ἐγεννήθη παιδίον νέον, ὁ πρὸ αἰώνων Θεός.

Virgo hodie ſuperſubſtantialem parit,
Et terra ſpeluncam ei, qui accedi non poteſt, offert.
Angeli cum Paſtoribus Deum glorificant.
Magi cum ſtella iter faciunt.
Propter nos enim natus eſt novus infans, ante ſæcula Deus.

Prędictis Kalendis Octobris eadem Menęa Ro-

ma-

mani Hymnodiis pluribus collaudant Tropariis, ex quibus unum, & alterum hic exhibeo: Τῷ θείῳ πόθῳ πυρπολούμενος τὰς ἀναβάσεις ἔθου ἐν τῇ καρδίᾳ σου, καὶ ἀσώματον ἐν σώματι πολιτείαν ἐκτήσω, τὰς τῶν Ἀγγέλων τάξεις ἐκμιμούμενος, σοφὲ, τὰς ἐκείνων ἐπόθησας ἐν κόσμῳ μελῳδίας, ἐν πίστει, Ῥωμανὲ, ἀνακράζων, Σὲ ὑπερυψοῦμεν. *Divino ſuccenſus amore aſcenſiones diſpoſuiſti in corde tuo, & incorpoream in corpore vitam egiſti, Angelorum ordines imitatus, o ſapiens, illorum in mundo degens hymnodias affectaſti, fide, Romane, clamans: Te ſuperexaltamus.* Ὑψηγορίᾳ τῶν ἐνθέων σου, καὶ γλυκυτάτων λόγων, μακαριώτατε Ῥωμανὲ, πᾶσαν διάνοιαν καταθέλγεις ἀνθρώπων, καὶ κατευφραίνεις, ὡς τις τροφὸς πλουτοποιὸς, καὶ φωτίζεις φαιδρότατα, καὶ βοᾶν ἐκδιδάσκεις: Τὸν Κύριον ὑμνεῖτε τὰ ἔργα, καὶ ὑπερυψοῦτε. *Sublimi divinorum tuorum, ac dulciſſimorum verborum ſono, humanam mentem omnem, beatiſſime Romane, demulces, atque exhilaras, ceu nutritor quaſtuoſus, & ſplendidiſſime colluſtras, ac doces clamare: Laudate Dominum opera, ac ſuperexaltate.*

Quamvis autem plura Contaciorum millia Romanus hic ſcripſiſſe feratur, ὡς εἶναι τὸ πλῆθος τῶν ὑπ' αὐτοῦ γινομένων Κονταχίων ὑπὲρ τὰ χίλια, ut habet recitatum Synaxarium; cum VVagnerechio de Piet. Mar. Gr. Proleg. num. 18. adnotamus, non omnia Contacia in Eccleſiaſticis Græcorum Libris occurrentia ad Romanum, ceu eorumdem Auctorem, eſſe referenda, ſed pleraque ad illos

potius Hymnographos pertinere, quorum ipſa Odas dirimunt; eoque magis quod ibidem plura Contacia in Sanctos Romano juniores, ac de ſolemnitatibus longe poſt Romani obitum in Eccleſia Græca inſtitutis compoſita legantur. Unde Contacia in Triodio Barberino, aliiſque Exemplaribus recenſita non aliis Melodis adjudicaverim, quam iis, quorum elenchum ſecunda Diatriba contexuit.

An vero Romanus genus id Canticorum, quę *Contacia* nuncupantur, primus adinvenerit, quod Habertus, Morinus, Gretſerus, & poſt eos alii Viri eruditi paſſim affirmant, in controverſiam jure ac merito vocari poſſe reor; nec enim quidquam habeo, quod opponam Nicolao Rayæo in ſæpius citata Diſſertatione obſervanti, Menæorum verba de Romano indicare quidem ab eo conſcripta fuiſſe Contacia quam plurima, ſed eadem ab ipſo fuiſſe primum adinventa non indicare: præterea in epigraphe, quæ ibidem Romani feſtum indicit, illum ποιητὴν τῶν Κοντακίων *conditorem Contaciorum*, non vero εὑρετὴν *inventorem* appellari. Addi poteſt, Joſephum quoque *Hymnographum*, juniorem videlicet, pangendorum Canonum facultatem miraculo accepiſſe, cum ſcilicet, ut in ejus Vita legitur, pridie ejus diei, quo Divi Bartholomæi memoria celebratur, ab eodem Sancto in ſomnis oblato Evangelii

Co-

Digitized by Google

Codex ejus pectori impoſitus fuit; nec non eumdem Joſephum in quibuſdam Synaxariis nuncupari *ποιητὴν τῶν Κανόνων*, *conditorem Canonum* : nec propterea primum ejuſcemodi Hymnorum, qui *Canones* appellantur, inventorem reputari Joſephum.

Juvat autem, antequam Romanum dimittamus, animadvertere, ea, quæ de Contacii ætymologia ex propria ſententia expoſui, magnopere confirmari ex verbis illis *τόμος*, & *χάρτης*, quibus utitur auctor recitati Synaxarii, quę utraque vox ex textibus ibi adductis *Volumen*, ſeu *Chartulam baculo circumvolutam* proprie ſignificat; nam cum Cantica, quorum pangendorum facilitatem ſanctus Melodus poſt Volumen chartaceum deglutitum obtinuit, *Contacii* appellationem nacta fuerint, rationi maxime conſentaneum apparet, ejus vocabuli etymon non aliunde, quam ex Voluminis notione derivari.

Quemadmodum Romanus Contaciorum, ita Andreas Hieroſolymitanus, Cretenſis Archiepiſcopus, Hagiopoliticorum auctor perhibetur apud Goarum ad Euchol. pag. 202. apud Ducangium in Gloſſario, & vulgo apud alios Eruditos, in hanc ſententiam adductos, propterea quod Andreas iſte ceteris Hieroſolymitis, quod attinet ad Eccleſiaſticarum cantionum lucubrationem, adeo præemineat, ut v.g. Gregorius Nazian-

zianzenus aliis ejuſdem urbis vel Epiſcopis, vel Civibus; quare ſicut Nazianzeni nomen abſolute poſitum, illum Theologum, & non patrem ejus, Gregorium itidem appellatum, deſignat, ita Hagiopolitæ cognomentum abſolute poſitum κατ' ἐξοχὴν Andream in ipſis Eccleſiaſticis Officiis ſæpe celebratum, & apud omnes notiſſimum, monſtrare longe probabilius videatur. Sic Combefiſius cum in Catena quadam Nicetæ in Lucam, nonnulla τοῦ Ἱεροσολυμίτου nomine deprehendiſſet, hunc nullum alium putavit in Biblioth. PP. Concion. recenſita, quam ipſum Andream Hieroſolymitanum. Alios nihilominus Hagiopolitas, quibus æque probabiliter dictorum Verſuum genera tribui poſſe plures exiſtimabunt, Diatriba Allatii de Georgiis ſuggeret, nimirum Georgium quemdam ſcriptorem Laudationis cujuſdam in ſubſtantias incorporeas, Sergium etiam, nec non Stephanum ſimilium Tropariorum auctores, qui omnes ab urbe Hieroſolymitana *Hagiopolitæ* dicti comperiuntur. His duobus poſterioribus Allatius ſtichera Hagiopolitica libentius dat, quam priori, ea de cauſa, quod Georgium illum non tanti æſtimet, cum in citato ſermone multa nova, incompta, parum catholica ex maleſano ſuo ingenio, de Angelis, & eorum miniſteriis effutiat. Pariter in Indice Auctorum Græcorum ineditorum, qui in Ducangii

Gloſ-

Gloſſario laudantur, recenſitum reperimus librum de Muſica recentiorum Græcorum hoc titulo: Βιβλίον Ἁγιοπολίτης συγκεκραμένον ἐκ τινῶν μυστικῶν μεθόδων, ibique adnotatur, occurrere alium neſcio quem Joannem Hagiopoliten Logothetam Curſus publici ſub Leone Sapiente, quem Joannem σοφώτατον fuiſſe, ſcribunt Leo Grammaticus, & Georgius Monachus in eodem Leone.

Mea autem ſententia Hymnis Hagiopoliticis auctorem aſſignat Coſmam Melodum, de quo in II. Diatriba, illum ipſum, quem diſtincte cognominatum Ἁγιοπολίτης reperio; quo cognomine nunquam, quod ipſe ſciam, deſignatus occurrit Andreas ille, cui dicta Cantica vulgo tribui conſueverunt, frequentius a ſede Epiſcopali *Cretenſis* dictus, & non raro *Hieroſolymitanus* a loco, ubi monaſticam vitam traduxit. Id diſcriminis inter utramque nuncupationem accurato Lectori exhibebunt lemmata, quibus utriuſque Sancti feſtum in Menæis indicitur; nam die 14. Octob. hujuſmodi eſt, Κοσμᾶ τοῦ ποιητοῦ Ἐπισκόπου Μαιουμᾶ τοῦ Ἁγιοπολίτου: die autem 4. Jul. Ἀνδρέου Ἱεροσολυμίτου Ἀρχιεπισκόπου Κρήτης. Hoc cognomentum Ἁγιοπολίτης prædicti Coſmæ proprium extitiſſe, legimus etiam apud Gul. Cave Hiſtor. Liter. pag. 410. in articulo de *Coſma*; ubi tamen hic perperam confunditur cum alio Coſma ſeniore ejus, & Joannis Damaſceni præceptore, quem errorem in ſe-

cun-

cunda Diatriba confutavi; perperam etiam ibidem ab eodem aſſeritur, Triodium a Coſma primum, dein a Theodoro, & Joſepho Studitis elaboratum, demum multis a Marco Monacho adjectis *Tetraodium* appellari cœpiſſe: etenim nec Triodium *Tetraodium* vocatum unquam fuit, nec Tetraodium Marcus, ſed Coſmas ipſe in magnum Sabbatum compoſuit, quod tamen Marcus ad perfectam integri Canonis formam, nonnullis additis Odis, perduxit, ut exactius ſcribit idemmet Auctor in Diſſertatione de Libr. & Offic. Eccleſ. Grec., quanquam & hic quoque parum recte Tetraodium Coſmæ non pro certo quodam Cantico, ſed pro libro accipiat. Ceterum inter Hymnologos Hagiopolitas Coſmam noſtrum venire potuiſſe κατ' ἐξοχὴν nomine τῦ Α'γιοπολίτυ, nemo in dubium revocabit, qui meminerit celeberrimam trium Odarum compagem in honorem divinæ Trinitatis ab eo primum ſtructam fuiſſe; ipſum Melodi cognomentum ſibi vindicaſſe; ejuſque, non minus, quam Damaſceni Cantionibus Eccleſiaſticis non alias pares, teſtante Suida, nec repertas, nec reperiendas, dum homines erunt ſuperſtites; qui demum eximia illa, quæ de ſacra hujus Poeſi in Menæorum ſtrophis prædicantur, perpenderit.

Quemadmodum vero author fui Hagiopoliticos Verſus Coſmæ Hieroſolymitano adſcriben-

bendi, ita Anatolicos hoc ipſo vocabulo, quod hucuſque Eruditi omnes ad matutinas precationes retulerunt, ſcriptorem ſuum repręſentare, confidenter affirmo, videlicet Anatolium Patriarcham CPolitanum, qui temporibus Leonis Magni Romani Pontificis ſedem illam obtinuit. Confidentiam hanc mihi præſtat eorumdem Verſuum in quibuſdam Octoechis inſcriptio ad Veſperas Sabbati primi Toni, ibi enim prima vice Stichera Anatolica propoſita, ſub hujuſmodi lemmate proponuntur: Στιχηρὰ Ἀνατολίου Πατριάρχου, *Stichera Anatolii Patriarchæ*. Eamdem mihi pręſtant odaria quædam in Menæis, præfixum ſibi Anatolii nomen præſeferentia, quæ ab Anatolio CPolitano Antiſtite veluti Auctore profecta fuiſſe, minime dubitamus Vagn. cum in ſæpe citatis Prolegom. n. 26. Demum Catena illa ad calcem ſecundæ Diatribæ memorata ex fronte Triodii Venetiis excuſi, ubi Anatolii quoque nomen, & icon apparet. Eum Anatolium in Notis ad iſtam Catenam ſibi ignotum fatetur Rayæus, quemadmodum ante Rayçum ignotum ſibi faſſus fuerat Papebrochius, a nemine credi poſſe affirmantes, eum eſſe ſanctum Anatolium ſub Theodoſio Juniore CPolitanum Patriarcham. Cur id a nemine credi poſſit, rationem non reddunt; at eam quodammodo indicare viſi ſunt verbis iis, quæ ſtatim ſubdunt de Methodio: *Methodium*

 lice-

Digitized by Google

liceret veroſimilius credere eſſe eum, qui ſub S. Theodora orthodoxiam reſtituit, ſed tunc debuiſſet præponi Philotheo, & ceteris intermediis. Ipſa hac de cauſa iiſdem ignotus fuit Studites: *Quis enim* (ajunt ipſi) *hic per antonomaſiam ita dictus? an magnus Theodorus? at inter primos locari merebatur*. De Studite jam ſuo loco diximus rem eſſe omnino manifeſtam; ſicuti de Anatolio ſatis conſtat ex allata Octoechi epigraphe; & præterea ex Tabulis Eccleſiaſticis non alium a CPolitano Antiſtite Anatolium proferentibus, quem ſacræ Cantiones Anatolii nomine prænotatæ ſibi Auctorem adſciſcant; nec enim a quopiam has libenter adſcriptum iri puto Anatolio Epiſcopo Laodiceno, eruditiſſimo quidem in quovis doctrinæ genere, utpote qui inter omnes ſui temporis penitiori literatura, & Philoſophia præſtantes principem locum tenuit, τὰ πρῶτα τῶν μάλιστα δοκιμωτάτων ἀπενηνεγμένος ἦν, ut loquitur Euſeb. cap. 32. lib. VII. Hiſtor., at cum circa medietatem Sæculi III. floruerit, multo, quam ferat res, de qua agitur, antiquiori. Inſuper Allatius in Hymnologorum Græcorum Catalogo pluries laudato, Anatolium, quem illi accenſet, explicate *Patriarcham CPolitanum* indigitat; cumque ipſe in eadem Diſſertatione affirmet, nonnulla in Octoecho, Anatolii Patriarchæ CPolitani eſſe, par eſt exiſtimare, ab Allatio quoque Anatolium hunc Anatolicorum Verſuum,

ſuum, quos Octoechus frequentiſſime exhibet, auctorem reputatum fuiſſe. Permira autem res eſt, quod ſpectat ad locum in prædicta Catena Anatolio, & Studitæ tributum, Papebrochium, & Rayæum minime advertiſſe, in illa ordinis chronologici nullum eſſe veſtigium; idque cuivis primo aſpectu luculenter apparet: nam qui primi ex dextro Catenæ latere deſcendunt, ita locantur: *Germanus. Sophronius. Philotheus. Andreas Cretenſis. Ioannes Euchaitarum.* Temporum autem ſeries poſtulabat, ut Sophronius primum, dein Andreas, dein Euchaita, dein Germanus [ſi junior Germanus hoc nomine veniat, ſi vero ſenior, Euchaitam omnino præcedere debet] demum Philotheus in loco ponerentur. Quotquot poſt iſtos in eadem Catena ſubſequuntur, totidem fere documenta ſunt, temporum rationis ibi ſus deque habitæ; unde non erat, cur ea in Anatolio minime ſervata Papebrochio, & Rayæo negotium faceſſeret.

Negotium alicui forte faceſſet ætas, qua floruit Anatolius, perinde ac ſi ſacrorum Tropariorum poeſis non poſt Laodiceni tantum, ut modo indicabam, ſed etiam poſt CPolitani Antiſtitis tempora excoli cœpta fuiſſet. At cum ex Cedreni teſtimonio compertum habeamus, anno octavo Leonis I. Imperatoris, qui ante Anatolii CPolitani mortem Imperium auſpicatus eſt,

Anthimum, ac Timoclem Tropariorum conditores innotuiſſe, Ἄνθιμος, καὶ Τιμοκλῆς οἱ τῶν Τροπαρείων ποιηταὶ ἐγνωρίζοντο, a quibus Melodorum Elenchum Allatius exorditur; inde conſequitur, Anatolii Patriarchæ ætatem aſſertæ ſententiæ nihil prorſus obeſſe. Anthimus, & Timocles ſub Leone Imperatore Tropariorum ſcriptores memorantur etiam in Hiſtor. Eccleſ. Theodori Lectoris lib. 1., traditurque ibi, eos in duas factiones diviſos fuiſſe, adeo ut qui Chalcedonenſem Synodum probarent, una cum Anthimo collectas agerent, & vigilias celebrarent; quotquot vero ſupradictæ Synodo infenſi erant, Timocli adhærerent: Ἄνθιμος, καὶ Τιμοκλῆς οἱ τῶν Τροπαρείων ποιηταὶ, κατὰ φρατρείας διῃρέθησαν. ἀλλ᾽ ὅσοι μὲν ἔχαιρον τῇ ἐν Χαλκηδόνι Συνόδῳ, παρὰ τῷ Ἀνθίμῳ συνήγοντο. αὐτὸς γὰρ καὶ τὰς παννυχίδας παρεσκεύασε γίνεσθαι. ὅσοι δὲ ταύτης ἐχθροὶ, τῷ Τιμοκλεῖ προσέκειντο. Altius vero Tropariorum originem repetit eruditus Ligaridius, dum eorum inventorem facit Chryſoſtomum apud Goar. ad Euchol. pag. 435. Notare autem oportet, Troparium non ſolum, juxta Zonaræ definitionem ſuo loco traditam, ſignificare modulos, qui inter canendum Hirmis attemperantur; ſed inſuper genericam vocem eſſe cunctis canticis in Eccleſia Græca receptis communem, ut docet Goarus ad Euchol. pag. 32. dictionis in ea majori latitudine acceptæ originem ducens

pag.

pag. 434. ἀπὸ τοῦ τρέπω, vel propinquius ἀπὸ τοῦ τρόπου, ſive ob vocem in cantando varie verſam, & inflexam, ſive quia Canonarcha dum Troparia per commata ſuggerit, modo in chorum hunc, modo in alium τρέπεται *vertitur*.

Quod ſpectat ad Anatolii Patriarchæ geſta, durius de illis locutus videtur Baronius nonnullis, qui eadem expenderunt accuratius, & inter hos Bollandianis ad diem III. Iulii in Commentario prævio de ſancto Anatolio, ubi præcipuas adverſus hunc accuſationes matura judicii trutina examinant; ac præterea ex ejuſdem Vita, quam ex Codice Ms. Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis evulgant, plura in Anatolii vindicationem delibant: qualia ſunt, quod infeſtus fuerit Eutycheti, apud Imperatorem Marcianum inſtiterit, atque auctor fuerit de convocatione Concilii Chalcedonenſis, quod ibidem hæreticum Eutychetis, & Dioſcori dogma repreſſerit, ac verum propagarit, quod plura miracula patrarit, quod ſpiritu prophetico fuerit præditus, quod ejus exuviæ publicam conſecutæ ſint venerationem. De hac eadem vindicatione legendus Vagnerechius in Proleg. num. 26. Dum tamen hic ex Menæis excuſis tradit, *Anatolium oſcitantiam ſuam in tolerandis Hæreticis adeo tandem ferventer emendaſſe, ut per rabiem eorum cruentam vita denique privatus fuerit*, conſentientes minime habet Socios

cios Bollandianos, quorum in mox laudato Commentario hæc ſunt verba: *Habemus e Menæorum Græcorum Elogio ſupracitato num. 1. Anatolium ab Hæreticis occiſum fuiſſe. Qua de cauſa id factum ſit, ibidem non dicitur. Porro vel id non contigit, vel ſaltem non contigit in odium Fidei; cum apud Græcos, tum alibi nuſquam, tum nec in ipſa quidem annuntiatione memorato mox elogio præfixa, Martyris nomine nuncupetur. Adde, quod nec in Baſiliano Menologio ſupra allato, nec in apographo noſtro, nec alibi uſpiam ſive apud Græcos, ſive apud Latinos inveniatur tale genus mortis.*

Ceterum Stichera Ἀνατολικὰ, hoc titulo non horam, qua canuntur, ſed Auctorem ſuum indicare, prçter rationem ſuperius adductam, quod ea etiam ad Veſperas pertinere deprehendantur, alia ex Triodio, quod edimus, ratio ſuadet, quoniam ſcilicet in hoc Verſus pro matutina, & veſpertina hora propoſiti, quandoque Ἁγιοπολιτικὰ, quandoque Ἀνατολικὰ inſcripti reperiuntur; ac proinde quemadmodum prior epigraphe ipſum Verſuum conditorem deſignat, ita poſterior conditorem quoque deſignare cenſenda erit. Valeat itaque interpretatio, quam nuper Vir doctus de utraque tradebat, ſcribens, *non eſſe inveriſimile* Ἀνατολικὰ *dici ea cantica, quæ in Orientalibus Eccleſiis primum uſurpata, in communem omnium Græcorum ritum poſtea recepta ſunt; &* Ἁγιοπολιτικὰ *hymnos*

mnos

Digitized by Google

mnos in Hieroſolymitana Eccleſia primum inventos, & ex ea ad aliarum Eccleſiarum uſum traductos: Profecto [ſubdebat ipſe] *ſi certi alicujus Auctoris ejuſmodi hymni fuiſſent, prænotati legerentur hoc modo*, *τοῦ Ἁγιοπολίτου*, *τοῦ Ἀνατολίου*. Subdo ego Balſamonem a Ducangio laudatum in v. *Ἁγιοπολίτης* priorem habere nomenclaturam, poſteriorem vero Octoechos, & Menęa, ut ſuo loco dictum eſt.

Nonnulla Troparia matutina deſcripta ſub finem libri, qui inſcribitur *Παρακλητική*, auctorem ſuum oſtentant Leonem Imperatorem cognomento Sapientem, filium Baſilii, cui anno DCCCLXVI. ſucceſſit; illum ipſum, quo jubente Coſmę Tetraodium in perfectum Canonem Marcus Hidruntinus abſolvit; quemadmodum aliqua Exapoſtilaria eodem loco allata, Conſtantinum Porphyrogennetam Leonis filium; quod his verbis ibi declaratur: *εἰσὶ τὰ μὲν ἑωθινὰ Λέοντος τοῦ σοφωτάτου Βασιλέως. τὰ δὲ Ἐξαποστειλάρια τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Κωνσταντίνου Βασιλέως*. Utrumque Regem Melodis Gręcorum accenſet Allatius in ſyllabo eorumdem; utrumque literarum ſtudiis deditum fuiſſe ex Zonara, aliiſque Scriptoribus compertum eſt; ſicuti etiam utrumque Canticis concinnandis operam impendiſſe, pręter Troparia Matutina, & Exapoſtilaria, de quibus modo, fidem faciunt, quod ſpectat ad Leonem, Canticum compunctionis ex meditatione extremi Judicii

dicii ab eo compoſitum, & ab Jacobo Pontano Latine editum; quod vero ad Conſtantinum, Zonarę elogium, ubi inter alia operam dediſſe dicitur Rhythmis, & omnis generis Verſibus, ἐδίδε δὲ καὶ ῥυθμοῖς ἑαυτὸν, καὶ μέτροις παντοδαποῖς.

In Anthologio Arcudii pag. 281. Oecus deſcribitur, cujus Auctor dicitur Euphratas.

Quod autem ſuperius adnotavimus, non omnia Contacia in Triodiis, aliiſque Eccleſiaſticis Gręcorum libris recitata Romano, propterea quod hujus in illo Hymnodię genere egregia laus fuerit, eſſe adſcribenda; conjecimuſque pleraque ex illis ad eos Hymnographos ſpectare, quorum ſunt Odę a Contaciis interſectę; idem de Oecis, de Exapoſtilariis, de Tropariis matutinis, aliiſque hujuſmodi dicendum eſt: nam falſo quis exiſtimaret, omnia certi cujuſdam generis Cantica illis ceu auctoribus tribuenda, quibus prima eorumdem debetur origo, ſeu qui in illis componendis celebriores extitiſſe perhibentur.

Quocirca cum Officii Quadrageſimalis Triodia omnia [pręter illa Hebdomadę ſanctę] nec non majorem partem Tetraodiorum, atque integrorum Canonum ejuſdem Officii ab Joſepho, & Theodoro Studitis conſcripta fuiſſe, certo conſtet; iis etiam pleraque ex brevioribus Canticis, Odas illas ambientibus, de quibus actum eſt in hac Diatriba, confidenter dabimus.

Ca-

Digitized by Google

Cathiſmata , & Stichera προσόμοια , *Similia* in Codice Barberino illorum Scriptorum nomina non raro preſeferunt , quę multo accuratius in editis Exemplaribus adnotantur ; adeo ut , quod diximus de Odis , idem de Canticis brevioribus dici poſſe videatur , ſcilicet hęc quoque alterna vice a prędictis germanis fratribus decantata fuiſſe , Joſepho quidem , quemadmodum in Triodiis , modulationem auſpicante , Theodoro autem reſpondente : nam etiam inter Cathiſmata , & Stichera Similia , quę priore loco leguntur , Joſephi nomen paſſim appoſitum habent , Theodori vero , quę poſteriorem occupant . Ea autem nomina cur in hac Editione prædictis Canticis minime apponantur , cauſa illa effecit , quæ ne in fronte Hymnorum tribus Odis conſtantium apparerent , effecit . Pleraque dixi , non omnia ; nec enim dubito , aliqua ex illis ad reliquos Hymnologos in ſecunda Diatriba recenſitos ſpectare . Equidem Joannis Monachi nomen brevi cuidam modulo præfixum , in Codice noſtro ſemel occurrit ; quem Joannem hujuſmodi Eccleſiaſticarum Cantionum Scriptorem non alium eſſe quam celeberrimum Damaſcenum , ſi cui non adhuc perſuaſerint , quæ ſuo loco abunde de hoc argumento tradita ſunt , manifeſte eadem ſententia comprobabitur ex epigraphe Ἰωάννου Μοναχοῦ *Joannis Monachi* Idio-

melis quibuſdam inEuchol.prænotata apud Goarum pag.532., inter quæ legitur modulus: πάντα ματαιότης τὰ ἀνθρώπινα, *Vanitas ſunt humana cuncta*, hunc enim vere Joannis Damaſceni eſſe, nullus ambigendi locus erit, ſi ſuperius ſcripta recolantur; propterea Goarus in Notis pag.541. Ἰωάννου Μοναχοῦ, *Eſt Damaſcenus*, inquit, *nomine ſolo notus, inter præcipuos non Theologos modo, ſed et Hymnographos recenſitus*. Semel etiam occurrit in editis Exemplaribus nomen Caſſianæ Sanctimonialis Κασσιανῆς Μοναχῆς alteri cuidam modulo, qui æque in Barberino, ac in editis legitur, præfixum, illudque indicare Caſſiam, ſive Icaſiam inter Græcos Melodos celebrem tum ex ipſa voce patet, tum ex adjuncto Μοναχῆς, ac demum ex Allatii auctoritate, qui in memorato Elencho pro eodem hæc nomina accipit *Caſſia, ſive Caſſiana, ſive Icaſia*; hanc vero citra controverſiam, orthodoxam, & ſanctiore ſpiritu afflatam, quam illa quondam celeberrima Sappho, ut Græcia Chriſtiana gentili Græciæ ne in hoc quidem cederet, Rayæus, & alii teſtantur.

Cantica hæc, & alia quævis in Eccleſiaſticis Græcorum libris omni clariore Auctorum indicio deſtituta, tunc demum, quibus danda ſint, comperiſſe ſe tradit Vagnerechius in ſæpius citatis Prolegomenis, cum in Typico Venetiis

netiis

Digitized by Google

netiis excuſo animadvertiſſet, innumera pæne Cantica nominibus Auctorum carentia in eo Rituali libro tanquam indice quodam notata, duobus primis plerumque verbis ſignari; inde etenim colligere poſſe ſibi viſus eſt, ea Cantica ejuſdem Typici inſtitutoribus (quos, ut dictum eſt ad calcem primæ Diatribæ, Symeonis Theſſaronicenſis auctoritate adductus, Sabbam primum, dein Sophronium, & Damaſcenum omnino fuiſſe exiſtimavit) tribui debere, ſeu ut Auctoribus, ſeu ut Collectoribus, ut qui primi hæc Cantica ſic inter ſeſe ordinata in literas miſerint ſaltem, a Sanctiſſimis Viris Euthymio, Theoctiſto, & Charitone, & aliis antiquioribus per traditionem accepta; adeo ut Cantica de Sanctis ante Sabbam florentibus, ipſe Sabbas, qui v. Chriſti Sæculo viguit, condiderit, aut collegerit; de Divis vero poſt Sabbam publice agnitis, Sophronius concinnaverit, qui vII. Chriſti ſæculo vixit; & demum de ſecutis Sophronium Divis, Damaſcenus, qui ad vIII. Chriſti ſæculum pertinet, adjunxerit. Ea vero Cantica, quæ in prædicto Rituali nullo modo deſignantur, ſi nec etiam Auctoris nomen uſquam appoſitum habeant, in incerto potius relinquenda putat, etiamſi antiquorum quoque Sanctorum laudes continerent, ac nonniſi ſub titulo Anonymorum producit;

eo quod ſuſpicetur illa a Græcis ipſo etiam Damaſceno junioribus adjecta Menæis fuiſſe. Hæc Vagnerechij ſententia ruinoſo prorſus innixa fundamento cuivis apparebit, qui Græcorum Typicum Venetiis excuſum diligenter perluſtraverit; ibi enim adeo multa a novitia manu profecta ſe proferent, ut nihil clarius, quam Typicum illud longe poſt Sabbæ, Sophronii, & Damaſceni ætatem ordinatum fuiſſe, aut ſaltem variis additamentis interpolatum. Luculentum hujuſcemodi novitatis argumentum, ut cætera omittam, eſto Officium Gregorii Palamæ, quod ſecunda Dominica Quadrageſimæ in illo Rituali libro deſcriptum invenimus, perditiſſimi inquam, illius hominis hæreſeon propugnatoris, qui tamen dumtaxat circa medietatem ſæculi XIV. viguit.

Quamvis autem prædicta Cantica, quorum nominibus explicandis, & Auctoribus detegendis præſens inſtituta eſt Diatriba, tam diſſita vetuſtate, quam illis Vaguerechius tribuit, minime (exceptis Anatolicis) glorientur; Auctores tamen ſanctitate, & doctrina eminentes oſtentant, eos ipſos ſcilicet, quos ſecunda Diatriba dinumeravit, quibus proinde magna debeatur reverentia. Hæc autem omnino poſtulabat, ut inter divina Officia cum recentiorum Græcorum commentis nequaquam commiſcerentur;

rentur; quod flagitioſiſſimum facinus a Novatoribus illius gentis admiſſum fuiſſe nimis quam indignum. Has ipſas veteris Græciæ Hymnodias, æque ac Theologorum, & Doctorum ſcripta, Catholicis Dogmatibus comprobandis aptiſſimas teſtatus eſt inter ceteros Gennadius in articulo de fruitione Sanctorum, cujus verba pleraque ex recenſitis hucuſque Canticis referentia præſenti Diatribę finem imponant.

Ἁπλῶς ἀδολεσχία ἐςὶ μεγάλη ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν. ᾄδετε γὰρ αὐτὰ μεγάλῃ φωνῇ, οὐδὲν δ᾽ ὅμως γινώσκετε, ἀλλὰ μᾶλλον καταγινώσκετε. τὸ γὰρ ἀναγινώσκειν, καὶ μὴ γινώσκειν, καταγινώσκειν ἐςὶ, τὶς τῶν σοφῶν ἔφη. πᾶν γὰρ τὸ Παρακλητικὸν Βιβλίον περὶ τούτου διαλαμβάνει, καὶ τὰς ψυχὰς τῶν Ἁγίων ἐν τῷ οὐρανῷ εἶναι, Δαμασκηνός τε, καὶ Θεοφάνης οἱ τούτου ποιηταὶ, διαπρυσίως ἀναβοῶσι. μεγάλας οὖν χάριτας δεῖ ἡμᾶς ὁμολογεῖν ὑμῖν, ὅτι οὐ κατεκαύσατε, οὐδ᾽ ἠφανίσατε ταῦτα, ἢ ἀπηλείψατε τέχνῃ τινὶ ἀπὸ τῶν Βιβλίων. ὥσπερ καὶ οἱ πρὸ ὑμῶν ἔδρασαν ἐν τοῖς περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως λόγοις τε, καὶ Βιβλίοις. ὅμως οὐδ᾽ ἐκείνοις προὔργου τὸ πᾶν τοῦτον ἀπέβη, ἀλλὰ μένουσιν εἰς ἔτι τὰ Βιβλία, καὶ μαρτυροῦσι τῶν κακούργων τὴν τόλμην. ἐν ὑμῖν δὲ καὶ μάλα καλῶς σώζονται, καὶ ᾄδονται μετὰ μελῳδιῶν καθ᾽ ἡμέραν, καὶ Μηναῖα, καὶ Τριῴδια, καὶ Λόγοι, καὶ Μεταφραςὴς, καὶ Πεντηκοςάρια, καὶ Στιχηρὰ, καὶ Τροπάρια, καὶ Ἰδιόμελα, καὶ Κοντάκια, καὶ Οἶκοι, καὶ Συναξάρια, καὶ Ἐξαποςειλάρια, καὶ ἵνα μὴ καθ᾽ ἕκαςον λέγω, πᾶσα ἁπλῶς εἰπεῖν ἡ τῆς Ἐκκλησίας ὑμῶν συγγραφὴ, ταύτην ἔχει τὴν δόξαν. οἱ γὰρ τῆς Ἐκκλησίας

ὑμν

θεολόγοι, καὶ διδάσκαλοι, ποιηταὶ, καὶ μελῳδοὶ ὑψηλῇ διανοίᾳ διασκεψάμενοι, τοῦτ' ἐδογμάτισαν, ὡς ἐξ ἑνὸς κρατῆρος πλήρους ὄντος σοφίας πάντες ἄρδην μεταλαβόντες. *In magnis profecto nugis aures veſtræ verſantur, magna voce canitis, nihil tamen intelligitis, ſive potius negligitis, legere enim, & non intelligere, dixit quidam ex Sapientibus, eſt negligere: quoniam Libri omnes de precibus id continent, Sanctorumque animas in cœlo eſſe Damaſcenus, & Theophanes ejus rei Auctores clara voce clamant. Magnas igitur gratias habere vobis debemus, quia aut ea non deleſtis; aut ea fraude aliqua in Codicibus oblitteraſtis, ut quidam ante Vos in Tractatibus, & Libris de Proceſſione Spiritus Sancti conſcriptis effecerunt; id tamen illis inutiliter ceſſit, nam adhuc Libri manent, qui maleficorum audaciam teſtantur, & apud Vos perbelle ſervantur, & quotidie cum vocis modulatione concinuntur, Menæa, Triodia, Sermones, Metaphraſtes, Pentecoſtaria, Verſus, Troparia, Idiomela, Contacia, Oeci, Synaxaria, Exapoſtilaria; & ne ſingula enumerem, omnis fere Eccleſiæ noſtræ ſcriptura ita ſentit, nam Eccleſiæ Theologi, ac Doctores, Poetæ, Melodique profunda meditatione perpendentes hoc ſtatuerunt quaſi ex uno cratere, ſapientia referto, affatim hauriendo.* Ex quo cratere cum non hauſerint Nicephorus, & Philotheus valde dolendum, eorum commentis recentiores Schiſmaticos ſua Officia conſpurcaſſe.

DIA-

DIATRIBA QUARTA.

De prima Dominica in Triodio.

QUAMVIS Triodium Barberinum primis quibuſdam foliis vetuſtatis injuria mutilum a Sabbato tantum Carniſprivii incipiat, ac proinde duæ Dominicę Sabbatum illud antecedentes, atq; ad Triodium vere ſpectantes, minime in illo compareant, nihilominus de utraque diſserere operę pretium exiſtimo, imo vero illarum Canones aliunde ſupplere, prioris quidem ex editis Exemplaribus, nam illa itidem in antiquioribus aliis Codicibus, eodem vitio laborantibus, quos quidem ad manus habeo, deſiderantur, poſterioris vero ex vetuſto Vaticano, ubi ea reperitur. Primum vero nomina, quibus prima illa Dominica pręſentis Diatribæ argumentum apud Græcos deſignatur, ſunt exponenda.

Prima itaque in Triodio Dominica *Publicani & Phariſæi* nuncupatur, τοῦ Τελώνου, καὶ Φαρι-

σαίου

ϲαίου, quod in ea de Publicano, & Phariſæo recitanda Parabola proponatur. Quam Parabolam Quadrageſimalis temporis Officiis ea de cauſa a Sanctis Patribus præfixam fuiſſe tradit Synaxarium ad illam diem, quod Publicani pœnitentia, & animi demiſſio, ſeu prima arma ad comparandam virtutem habeantur, maximum vero impedimentum ad eamdem afferant Phariſæi gloriatio, atque ſuperbia, ὅτι τοίνυν πρῶτον ὅπλον πρὸς ἀρετὴν μεταμέλεια, καὶ ταπείνωσις, καὶ αὖθις ἐμπόδιον μέγιστον ἀλαζωνεία, καὶ ἔπαρσις, τὴν παροῦσαν ἀπὸ τοῦ θείου Εὐαγγελίου ἀξιόπιστον Παραβολὴν πρώτην πασῶν ἐκτιθέασι.

Eadem Dominica, & Hebdomada illam antecedens Προφώνησις, ſeu Προσφώνησις dicta reperitur, ſcilicet ſubſecuturi jejunii *Prænunciatio*; nam quemadmodum [hanc nominis cauſam reddit Nicephorus in Synaxario mox laudato] ad corporeas concertationes progreſſuri, de pugnæ tempore a Ducibus præmonentur, ut deterſis, nitidiſque enſibus, & reliquis omnibus commode præparatis, ac ſublato e medio quidquid impedimento eſſe poteſt, certamina alacriter ineant, & neceſſaria comparent: ſæpe etiam ante pugnam ipſam, & ſermones, & hiſtorias, & exempla ipſis proponuntur, ut ad æmulationem eorum animi excitentur; ſic & Sancti Patres ſubſecuturum jejunii contra Dæmones

præ-

prælium quam primum promulgant, ut inſtructi, ſicut oportet, ad jejunii certamina promptè accedamus. Καὶ Προφώνησιν τὴν ἑβδομάδα κατονομάζουσιν. ὥσπερ γὰρ οἱ πρὸς τοὺς σωματικοὺς πολέμους ἀπιέναι μέλλοντες, ὑπὸ τῶν στρατηγῶν τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν προεκμανθάνουσιν, ὡς ἂν τὰ ξίφη διακαθάραντες, καὶ στιλβώσαντες, καὶ τ' ἄλλα πάντα καλῶς διασκευασάμενοι, καὶ πᾶν ἐμποδὼν ἐκ μέσου πεποιηκότες πρὸς τοὺς ἀγῶνας προθύμως ἐναποδύσωνται, καὶ τὸ πρὸς χρείαν περιποιήσωνται. Πολλάκις δὲ καὶ πρὸ τῆς συμβολῆς, καὶ λόγους, καὶ ἱστορίας, καὶ παραδείγματα αὐτοῖς ἐπιφέρουσιν, εἰς ζῆλον ἐρεθίζοντες τὰς ἐκείνων ψυχάς, τόν τε ὄκνον, καὶ δειλίας, καὶ ῥαθυμίαν, καὶ ἄλλο τι κινδυνῶδες ἀποτρεπόμενοι, οὕτω καὶ οἱ θεῖοι πατέρες προσαλπίζουσι τὴν ἐπομένην τῆς νηστείας κατὰ τῶν Δαιμόνων παράταξιν, ὡς ἂν εἴ τι τὸ ψυχαῖς ἡμῶν προκατειλημμένον πάθος, καὶ ἰὸν τῷ μακρῷ ἐργασάμενον χρόνῳ ἀποκαθάραντες, ἔτι δὲ καὶ ὃ μὴ ἔχομεν τῶν ἀγαθῶν σπουδάσαντες κτησώμεθα, καὶ ὡς προσῆκον καθοπλισάμενοι, οὕτως ἕτοιμοι πρὸς τοὺς τῆς νηστείας ἀγῶνας χωρήσωμεν.

Vocatur demum ab jejunio in ea celebrato Ἀρτζιβύριον, *Artziburium*: de qua nomenclatura, & jejunio illo Allatius in Diſſertatione de Dominicis, & Hebdomadibus Græcorum plura depromit ex Marco Hieromonacho, ex Anaſtaſio Cæſarienſi, ex Triodio, ex Nicone, ex Balſamone, ex Typico, ex Iſaacio Catholico Armeniȩ, ex Nicolao Patriarcha; iiſque omnibus propudioſam hujuſce jejunii cauſam aſſerentibus ultro aſſentitur, ac præſertim Iſaacio Catholico Arme-

niæ, qui minime audiendos exiſtimans quotquot aſſererent, Sancti Sergii, ſeu Ninivæ, ſeu Adami a Paradiſo exulis, ſeu Armeniæ, cum eſſet a Sancto Gregorio ſuſceptura Baptiſmum, ſeu Conſtantini Magni Romæ a Silveſtro baptizandi, jejunium illud eſſe, hanc Artziburii originem non diverſus ab aliis Græcis aperit, ita rem narrans. Ἀκουέτωσαν ταῦτα πάντα ψευδοπλάσματα τῶν ἀσεβῶν οἱ ψευδόχριστοι, καὶ ψευδορθόδοξοι, οἱ τοῦτον τὸν ψυχοφθόρον Ἀρτζιβούρην μετὰ τῶν Αἱρετικῶν περιθύμως νοήσαντες. καὶ νοήτωσαν τὸν δόλον αὐτῶν, ὅτι βδελυρά τις ἐστὶν ἡ τοιαύτη τούτων νηστεία. ὅτι Σέργιός τις διδάσκαλος τῆς Ἀρμενικῆς αἱρέσεως γενόμενος εἶχε κύνα καλούμενον οὕτω Ἀρτζιβούρην. δηλοῖ δὲ ἡ λέξις τὸν προμηνύτορα. τούτῳ μηνυτῇ, καὶ σημάντορι τῆς ἐπιδημίας αὐτοῦ πολλάκις ὁ Σέργιος ἐκέχρητο ὑπὸ δαίμονος ἐνεργουμένῳ, μέλλων δὲ ἐπιδημῆσαι τινὶ τῶν πολιχνίων, ἢ κωμῶν, ἢ χωρίων, ἐν οἷς ᾤκουν οἱ μαθηταὶ, καὶ μέτοχοι τῆς λύμης αὐτοῦ. Καὶ ὅτι τὸν κύνα τοῦτον ἰδόντες, ἐξεχέοντο κατὰ μίαν ἡμέραν περὶ μιλίων τινῶν εἰς ἀπάντησιν τοῦ διδασκάλου. ποτὲ δὲ πρὸς τὴν συνήθη λειτουργίαν ὁ κύων ἐκπεμφθεὶς, ὑπὸ λύκων ἐβρώθη. καὶ μετὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ἐβάδισεν ὁ Σέργιος, ἐφ' οἷς ἀπέστειλε τὸν κύνα. μηδενὸς δὲ κατὰ τὸν τύπον προϋπαντήσαντος, ἐδυσωπάθησε. καὶ ἐπιδημήσας αὐτοῖς, ἐπειδὴ μεμάθηκεν, ὅτι οὐ παρεγένετο πρὸς αὐτοὺς ὁ πρόδρομος αὐτοῦ ὁ κύων, ἔπεμψεν εἰς ἀναζήτησιν αὐτοῦ. καὶ διαγνοὺς αὐτὸν ἀπὸ τῆς τῶν ὀστέων εὑρέσεως λυκόβρωτον γεγονότα, προσέταξε πᾶσι τοῖς Ἀρμενίοις νηστεύειν ὑπὲρ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ, καὶ κατηφιᾶν, καὶ σκυθρωπάζειν ἐφ' ἡμέραις ὡρισμέναις κατ' ἐνιαυτόν. καὶ τὴν νηστείαν ταύτην Ἀρτζιβούρην ὠνόμα-

σαν

σαν: Βδελυχτάθωσαν ταῦτα, καὶ ἀποστραφήτωσαν, ὁρῶντες, καὶ νοοῦντες, ὅτι διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν αἵρεσιν μεγάλην, καὶ βδελυρὰν, διὰ τοῦτο οὕτως αὐτὴν μεγαλωύουσιν οἱ παμπόνηροι. *Audiant omnia hæc impiorum falſa figmenta, falſi nominis Chriſtiani, ac falſo exiſtimati orthodoxi, qui cum Hæreticis hunc animis exitioſum Artzeburem alacri animo* jejunant, *ac eorum dolum cogitent, ut nimirum execrandum quoddam ejuſmodi ſit illorum* jejunium. *Nempe Sergius quidam Armeniorum hæreſis Magiſter canem habebat ſic appellatum* Artzeburem. *Porro ea vox* Prænuncium *ſignificat. Utebatur ſæpenumero Sergius eo adventus nuncio ac indicatore, Dæmone ipſum agente, cum in oppidum aliquod, aut Urbem, vel locum venturus eſſet, ubi ejus diſcipuli, ac ejus hæreſis infecti lue, habitarent; cumque illi canem vidiſſent, poſtridie ad aliquot milliaria obviam magiſtro effuſi procedebant. Porro contigit, ut canis quandoque emiſſus ad ſolitum munus, a lupo devoraretur; inque craſtinum profectus eſt Sergius, quo canem deſtinarat. Cum autem nemo, uti lex erat, obviam proceſſiſſet, graviter tulit: veniensque ad eos, ubi cognovit, ejus præcurſorem catellum minime adveniſſe, miſit, qui eum requirerent: exque inventis oſſibus a lupo devoratum cognoſcens, Armeniis omnibus præcepit, ut ſtatutis quotannis diebus pro ejus morte* jejunarent, *ac triſtes luctum agerent; idque* jejunii *appellavit* Artzeburem. *Deteſtentur hæc, & averſentur, qui idcirco, quod ſit*

magna, ac execranda hæreſis, eam adeo peſſimi ſe magnificare videant, intelligantque. Hæc docte, & accurate ab Iſaacio tradita eſſe affirmat Allatius. At multo doctius, & accuratius Auctor nuperus in quibuſdam Animadverſionibus Collectaneis ad Triodium, hoc argumentum pertractavit, palam demonſtrans, Græcis Scriptoribus in hac cauſa, quos, utpote infenſiſſimos Armeniorum hoſtes, illos ſæpe calumniatos fuiſſe perſpicuum eſt, fidem non eſſe omnino præſtandam; deinde præcitatum Iſaacium nequaquam illum eſſe, qui Armenam Eccleſiam quarto ſæculo rexit, ſed qui dumtaxat circa duodecimum Chriſti Sæculum vixit; hujus ſcripta calumnioſis in Armenam gentem criminationibus ultro, citroque eſſe reſperſa; Niconem item ab Allatio laudatum alium eſſe a celebri Armeniorum Apoſtolo, illumque circa finem undecimi, & initium duodecimi Sæculi tantum ſcripſiſſe, & inſuper Græcorum Schiſmati adhæſiſſe; rurſus, Syros quoque, Chaldæos, & ultimi Orientis accolas ea hebdomada, quæ Proſphoneſimus, ſeu Artziburium dicitur, jejunare, illudque *Rogationis Ninivitarum* appellare, quibus cum communis ſit ille ritus, cauſa ejuſdem ab Iſaacio allata, certe communis eſſe nequivit; præterea quotquot Armenos ad Catholicam Eccleſiam reducere contendunt, nullam ipſis de hoc ritu

ritu litem moviſſe, vel hodie movere; demum Artziburii vocabulum indicare *Nuncium*, *Prodromum* jejunii videlicet, quod Orientales Magnum vocant, proxime ſecuturi. Hęc in modo dictis Animadverſionibus ab Erudito Scriptore ſolide expenſa, atque digeſta textibus ab Allatio in contrariam ſententiam congeſtis, multo prępönderant.

Hujus autem Dominicę Canon in Editis Exemplaribus ita ſe habet.

ΚΑΝΩΝ. ἦχ. πλ. β.	CANON. *ton. obl.* 2.
Ποίημα ΓΕΩΡΓΙΟΥ.	*Opus* GEORGII,
οὗ ἡ Ἀκροστιχὶς ἐν τοῖς Θεοτοκίοις.	*Cujus Acroſtichis in Theotociis.*
ΓΕΩΡΓΙΟΥ.	GEORGII.
ᾨΔΗ α'.	Ode I.
Ὡς ἐν ἠπείρῳ πεζεύσας.	*Ceu in arida perambulans.*
Παραβολαῖς ἐμβιβάζων πάντας Χριστὸς, πρὸς βίου διόρθωσιν, τὸν Τελώνην ἀνυψοῖ ἐκ τῆς ταπεινώσεως, δεικνὺς Φαρισαῖον τῇ ἐπάρσει ταπεινώμενον.	Chriſtus Parabolis omnes ad vitæ emendationem inducens, Publicanum ob humilitatem exaltat, propter elationem humiliatum oſtendens Phariſæum.
Ἐκ ταπεινώσεως γέρας ὑψοποιὸν, ἐκ δὲ τῆς ἐπάρσεως πτῶμα βλέπων χαλεπὸν, τοῦ Τελώνου ζήλου τὰ καλὰ, καὶ τὴν Φαρισαϊκὴν κακίαν μίσησον.	Exaltationis præmium humilitati redditum, turpemque caſum ex elatione natum contuens, Publicani virtutem æmulare, ac Phariſaicam odio habe nequitiam.
Ἐξ ἀπονοίας κενοῦται πᾶν ἀγαθὸν, ἐκ δὲ ταπεινώσεως	Ex vecordia bonum omne omnino evacuatur, ex humilita-

lita-

litate vero malum omne deſtruitur, quam ampleƈtamur, Fideles, faſtum abominantes.	καθαιρεῖται πᾶν κακὸν, ἣνπερ ἀσπασώμεθα, πιστοὶ, βδελυττόμενοι σαφῶς τρόπον κενόδοξον.
Univerſorum Rex diſcipulos humiles eſſe volens, eos hortationibus ſuis edocuit, Publicani gemitum, atque humilitatem æmulari.	Τὸ ταπεινόφρονας εἶναι τοὺς ἑαυτοῦ Μαθητὰς βουλόμενος ὁ τῶν πάντων Βασιλεὺς, παραινῶν ἐδίδασκε ζηλοῦν τὸν Τελώνου στεναγμὸν, καὶ τὴν ταπείνωσιν.
Ceu Publicanus ingemiſco, & inceſſantibus ſuſpiriis ad tuam modo, Domine, miſericordiam accedo; mei quoque miſerere, qui vitam modo in humilitate duco.	Ὡς ὁ Τελώνης στενάζω, καὶ ὀδυρμοῖς ἀσιγήτοις, Κύριε, νῦν προσέρχομαι τῇ σῇ εὐσπλαγχνίᾳ, οἴκτειρον κἀμὲ, ταπεινώσει τὴν ζωὴν νῦν διεξάγοντα.
Theo.) Cogitationem, conſilium, ſpem, corpus, animam, atque ſpiritum offero tibi, Domina, ex infeſtis adverſariis, è tentationibus, & futura ira eripe, & ſalva me.	Θεοτοκίον.) Γνώμην, βουλὴν, προσδοκίαν, σῶμα, ψυχὴν, καὶ τὸ πνεῦμα, Δέσποινα, ἀνατίθημι πρὸς σὲ, δυσχερῶν ἐχθρῶν, καὶ πειρασμῶν, καὶ μελλούσης ἀπειλῆς ῥῦσαι, καὶ σῶσόν με.
ODE III.	ΩΔΗ γ΄.
Non eſt Sanƈtus, ſicuti tu.	Οὐκ ἔστιν ἅγιος, ὡς σύ.
E ſtercore, & perturbationibus erigitur humilis, e virtutum vero culmine miſere excidit omnis ſuperbus animus, cujus pravos mores effugiamus.	Ἀπὸ κοπρίας, καὶ παθῶν ταπεινὸς ἀνυψοῦται, ἀρετῶν ἀπὸ ὕψους καταπίπτει δὲ δεινῶς ὑψηλοκάρδιος πᾶς, οὗ τὸν τρόπον τῆς κακίας φύγωμεν.
Iuſtitiæ divitias gloria inanis exhaurit, affeƈtionum vero multitudinem humilitas diſſipat, quam dum imitamur, effice nos, Salvator, Publicani ſortis participes.	Κενοδοξία ἐκκενοῖ πλοῦτον δικαιοσύνης, τῶν παθῶν δὲ σκορπίζει ἡ ταπείνωσις πληθὺν, ἣν μιμουμένους ἡμᾶς, τῆς μερίδος δεῖξον τοῦ Τελώνου Σωτήρ.

Ὡς

Ὡς ὁ Τελώνης, καὶ ἡμεῖς, τύπτοντες εἰς τὸ στῆθος, κατανύξει βοῶμεν, Ἱλάθητι ὁ Θεὸς, ἡμῖν τοῖς ἁμαρτωλοῖς, ὅπως τούτου λάβωμεν τὴν ἄφεσιν.

Nos quoque Publicani inſtar pectus percutientes, in cōpunctione clamamus: Deus propitius eſto nobis peccatoribus, ut obtentam ab eo veniam recipiamus.

Πρὸς ζῆλον ἔλθωμεν, πιστοὶ, κατορθοῦντες τὸ πρᾶον, ταπεινώσει συζῶντες, ἐν καρδίας στεναγμῷ, κλαυθμῷ τε, καὶ προσευχῇ, ὅπως σχῶμεν ἐκ Θεοῦ συγχώρησιν.

Pium æmulationis ſtudium conſectemur, Fideles, ad lenitatem nos ipſos recte componentes, cum humilitate viventes, in gemitu cordis, in fletu, atque orationibus, ut veniā a Deo impetremus.

Ἀποβαλλώμεθα, πιστοὶ, τὴν ὑπέρογκον κόμπον, ἀπόνοιαν δεινώτε, καὶ τῦφον τὸν βδελυκτὸν, καὶ τὴν κακίστην Θεῷ Φαρισαίαν ἀπρεπῆ ὠμότητα.

Abjiciamus, Fideles, immodico faſtu tumidam Phariſæi inſolentiam, & intolerandam vecordiam, ac execrabilem elationem, nequiſſimamque indignam adverſus Deum acerbitatem.

Θεοτοκίον.) Ἐν σοὶ τῇ μόνῃ προσφυγῇ πεποιθὼς, μὴ ἐκπέσω τῆς καλῆς προσδοκίας, ἀλλὰ τύχοιμι τῆς σῆς ἐπικουρείας, ἁγνὴ, πάσης βλάβης δυσχερῶν ῥυόμενος.

Th.) Te, o pura, unico confugio fretus, e bona expectatione minime excidam, ſed auxilio tuo fruar, ab omni adverſorum caſuum noxa liberatus.

ΩΔΗ δʹ.

Χριστός μου δύναμις.

Ἀρίστην ἔδειξεν ὁδὸν ὑψώσεως τὴν ταπείνωσιν Λόγος, ταπεινωθεὶς μέχρι καὶ μορφῆς δουλικῆς, ἣν ἐκμιμούμενος ἅπας, ἀνυψοῦται ταπεινούμενος.

Ode IV.

Chriſtus virtus mea.

Optimam exaltationis viam Verbum humilitatem oſtendit, ad ſervilem uſq; formam ſe abjiciens, quam quicumque expreſſerit, humiliatus exaltabitur.

Exal-

Exaltatus eſt juſtus, & excidit Phariſæus, malorum ſiquidem multitudine gravatus, depreſſus eſt; exaltatus autem eſt Publicanus, præter ſpem juſtificatus.

Ὑψώθη δίκαιος, καὶ καταπέπτωκε Φαρισαῖος, ἐν πλήθει δὲ τῶν κακῶν βρίθων ταπεινῶται, ἀλλ' ἀνυψώθη Τελώνης, παρ' ἐλπίδα δικαιώμενος.

Ex virtutum opulentia inopiam paravit amentia, & copia; humilitas contra ex ſumma inopia juſtitiam, quam poſſidere ſatagamus.

Πενίας πρόξενος ἐκ πλούτου τῶν ἀρετῶν ἡ ἀπόνοια ὤφθη, καὶ πορισμὸς, αὖθις ἡ ταπείνωσις δικαιοσύνης ἐξ ἄκρας ἀπορίας, ἣν κτησώμεθα.

Te ſuperbis omnino reſtiturum, Domine, prædixiſti; & nunc, humilibus gratiam tuam, Salvator, impertiens, nobis humiliter abjectis gratiam tuam emitte.

Προέφης, Δέσποτα, τοῖς μεγαλόφροσιν ἀντιτάσσεσθαι πάντως, καὶ ταπεινοῖς χάριν σὴν παρέχων Σωτὴρ, ταπεινωθεῖσιν νῦν ἡμῖν τὴν σὴν χάριν ἐξαπόστειλον.

Ad divinam celſitudinem nos ſemper conſcendere jubens, Salvator, & Dominus, humilitatem elevationis parentem demonſtravit; lavit ſiquidem propriis manibus pedes Diſcipulorum.

Πρὸς θείαν ὕψωσιν ἀεὶ ἀνάγων ἡμᾶς ὁ Σωτὴρ, καὶ Δεσπότης ὑψοποιὸν ἔδειξε ταπείνωσιν, τοὺς πόδας γὰρ τῶν Μαθητῶν αὐτοχείρως ἐναπένιψεν.

Th.) O Virgo, quæ ſcilicet inacceſſum lumen pepeріſti, diſſipa fulgore coruſco animæ caliginem meæ, vitamque meam ad ſalutis ſemitas manuducito.

Θεοτοκίον.) Ὡς φῶς ἀπρόσιτον, Παρθένε, τέξασα, τὸ ψυχῆς μου τὸ σκότος φωτιστικῇ αἴγλῃ διασκέδασον, καὶ σείας πρὸς τρίβους, τὴν ζωήν μου χειραγώγησον.

Ode V.

ΩΔΗ ε'.

Divino ſono tuo, o bone.

Τῷ θείῳ φέγγει σου, ἀγαθέ

Phariſæi feſtinemus virtutes imitari, ac Publicani

Τοῦ Φαρισαίου τὰς ἀρετὰς σπεύσωμεν μιμεῖσθαι, καὶ ζηλοῦν τὴν

τὴν

τȣ̃ Τελώνȣ ταπείνωσιν, τὸ ἐν ἑκατέροις μισȣ̃ντες ἄτοπον, ἀπόνοιαν, καὶ λύμην τῶν παραπτώσεων.

humilitatem æmulari, utriuſque vitium execrantes, ſtultitiam, & criminum peſtem.

Δικαιοσύνης δρόμος κενὸς ἤλεγκται, συζεύξας ἐν αὐτῷ ὁ Φαρισαῖος τὴν οἴησιν, αὖθις δὲ Τελώνης ὑψοποιῷ ἀρετῇ κτησάμενος συνέμπορον τὴν ταπείνωσιν.

Vacuus, & inanis a virtute curſus ille deprehenſus eſt, cui Phariſæus ſtultam ſui exiſtimationem conjunxit; Publicanus contra ad virtutis culmen aſcendit, humilitate itineris comite adhibita.

Ἁρματηλάτης ἐν ἀρεταῖς, ᾠέτο δραμεῖν Φαρισαῖος, ἀλλ' ὁ πεζὸς παρακλύδιον ἅρμα διαθέων καλῶς προέλαβε, συζεύξας ὁ Τελώνης οἶκτῳ ταπείνωσιν.

Curru vectus virtutum ſtadium decurrere ſibi videbatur Phariſæus; at, qui pedes ibat, Publicanus intrepide percurrens, currum bello præoccupat, humilitatem cū miſericordia conjungens.

Τὴν τȣ̃ Τελώνȣ παραβολὴν πάντες ἀναπτύξαντες τῷ νῷ, δεῦτε ζηλώσωμεν δάκρυσι, πνεῦμα συντετριμμένον Θεῷ προσάγοντες τὴν τῶν ἁμαρτημάτων ζητȣ̃ντες ἄφεσιν.

Publicani parabolam mente revolventes, huc agite, imitatores omnes ſimus cum lacrymis, ſpiritum contributum Deo afferenres, peccatorum remiſſionem poſtulantes.

Τὸν ὑψαυχῆ τε, καὶ μοχθηρὸν, ἀλαζονικόν τε, καὶ θρασῆ, πόρρω ἀπώσωμεν ἔμφρονες Φαρισαίȣ τρόπον, δεινὸν, μεγάλαυχον, ὅπως μὴ γυμνωθῶμεν τῆς θείας χάριτος.

Elatum, & improbum, arrogans, & audax, aſperum, ſuperbum Phariſæi ingenium ſapienter repellamus, ne divina gratia denudemur.

Θεοτοκίον.) Ῥάβδον δυνάμεως, ἀγαθὴ, πᾶσιν ἐξαπό-

Th.) Emitte, o bona, virtutis virgam nobis omnibus

ad

ad te confugientibus, ac tribue, ut in medio inimicorum noſtrorum dominemur, atque ab omni noxa nos eripe.

σκέπην ἡμῖν, τοῖς ἐπὶ σοὶ καταφεύγουσι, κατακυριεύειν ἐν μέσῳ πάντων ἐχθρῶν παρέχουσα, καὶ πάσης βλάβης ἐξαιροῦσα.

ODE VI.

ΩΔΗ ϛ'.

Vita mare.

Τοῦ βίου τὴν θάλασσαν.

Vitæ ſtadium Publicanus, & Phariſæus una decurrebant; at hic nefaria vecordia elatus, fœdum naufragium fecit, ille vero humilitate evaſit.

Τοῦ βίου τὸ στάδιον ὁ Τελώνης ἐν ταὐτῷ, καὶ Φαρισαῖος ἔδραμον, ἀλλ' ὁ μὲν ἀπονοίᾳ κατενεχθεὶς, αἰσχρῶς ἐναυάγησεν, ὁ δὲ τῇ ταπεινώσει διεσώζετο.

Vitæ curſum ad æquitatis normam peragentes nos, Publicani quidem laudabilem mentem ſectemur, execrabilem autem Phariſæi tumorem effugiamus; ac vivemus.

Τοῦ βίου τὸ δίκαιον διαμείβοντες ἡμεῖς δρόμον, ἐκμιμησώμεθα τοῦ Τελώνου μὲν φρόνημα ζηλωτὸν φύγωμεν δὲ φύσημα βδελυκτὸν Φαρισαίου, καὶ ζησώμεθα.

Mores Salvatoris Ieſu æmulemur, ejuſque humilitatem, quicumque cupimus perpetuam lætitiæ ſedem obtinere, in regione viventium commorantes.

Τοὺς τρόπους ζηλώσωμεν τοῦ Σωτῆρος Ἰησοῦ, καὶ τὴν αὐτοῦ ταπείνωσιν, οἱ ποθοῦντες τὴν ἄληκτον τῆς χαρᾶς τυχεῖν κατασκήνωσιν, ἐν τῇ χώρᾳ τῶν ζώντων αὐλιζόμενοι.

Humilitatem ad ſublimia ducentem tuis, Domine, Diſcipulis oſtendiſti, lumbos linteo præcinctus pedes laviſti, & ad ſequendum exemplum inſtruxiſti.

Ὑπέδειξας, Δέσποτα, τοῖς οἰκείοις Μαθηταῖς ὑψοποιὸν ταπείνωσιν, τῷ λεντίῳ ζωννύμενος τὴν ὀσφὺν, τοὺς πόδας ἀπέπλυνας, καὶ τὸν τρόπον μιμεῖσθαι παρεσκεύασας.

Vitam Phariſæus virtutibus, Publicanus flagitiis diſpertiere, ac ille quidem præter faſtum mente captus hu.

Τὸν βίον διείλοντο, Φαρισαῖος ἀρεταῖς, καὶ ὁ Τελώνης πταίσμασιν, ἀλλ' ὁ μὲν τὴν ἐξ ὄγκου φρενοβλαβῆ ὑπέστη πτῶ-

πτῶ-

πείνωσιν, ὁ δὲ ἀνυψοῦται, ταπεινόφρων φανείς.

miliatus eſt, hic vero, dum ſe humilem oſtendit, exaltatur.

Θεοτοκίον.) Γυμνὸν τῷ ἁπλότητι, τῷ ἀπείρῳ τε ζωῇ, πλασθέντα παραβάσεως διπλοΐδι περιέβαλέ με ἐχθρὸς, σαρκός τε παχύτητι, ἀνῦν δὲ σῇ μεσιτείᾳ, κόρη, σῶζέ με.

Th.) Me nudum ob ſimplicem, doliquę expertem vitam formatum, prævaricationis diploide, & carnis craſſitie inimicus circumdedit: nunc vero mediatione tua, o Virgo, ſalvus efficior.

ΩΔΗ ζ'.

Ode VII.

Δροσοβόλον μὲν τὴν κάμινον.

Rore perfuſam fornacem.

Δικαιώσεως τοῖς ἔργοις ἐπαιρόμενος, βρόχοις κενοδοξίας δεινῶς περιεπάρη Φαρισαῖος ἄμετρα αὐχῶν, Τελώνης δὲ κούφοις τοῖς πτεροῖς τῆς ταπεινώσεως ἀρθεὶς, Θεῷ προσήγγισε.

Iuſtificationis operibus elatum Phariſæum, & immodice ſe jactantem, inanis gloriæ laquei miſere ſtrinxerunt; at Publicanus levibus humilitatis alis ſublevatus, Deo appropinquavit.

Ταπεινώσεως, ὡς κλίμακι, χρησάμενος τρόπῳ Τελώνης πρὸς οὐρανῶν ὕψος ἐπήρθη, τῆς ἀλαζονείας δὲ ἀρθεὶς κουφότητι δείλαιος σαθρᾷ ὁ Φαρισαῖος, καταντᾷ πρὸς Ἅδου πέταυρον.

Humilitate, ceu ſcala, uſus Publicanus ad cœleſtem celſitudinem conſcendit; oſtentationis autem caduca levitate in altum elatus infelix Phariſæus, in Inferni incidit laqueum.

Τοὺς δικαίους ἐνεδρεύων μὲν ὁ δόλιος, τρόποις κενοδοξίας συλᾷ, ἁμαρτωλοὺς δὲ βρόχοις ἀπογνώσεως δεσμεῖ. ἀλλ᾽ οὖν ἑκατέρων τῶν κακῶν οἱ τοῦ Τελώνου ζηλωταὶ ῥυσθῆναι σπεύσωμεν.

Doloſus inſidias juſtis ponens, eos inanis gloriæ ſtudiis prædatur, at peccatores deſperationis laqueis innectit; verumtamen ab utroq. malo Publicani æmulatores liberari feſtinemus.

Ἐν προσευχῇ ἡμῶν Θεῷ προσπέσωμεν, δάκρυσι, καὶ θερ-

Ante Deum noſtrum cum precibus, lacrymis, & fervi-

dis ſuſpiriis procidamus, Publicani humilitatem in altum extollentem imitati, Fideles, canenteſque, Benedictus es Deus Patrum noſtrorum.

μοῖς στεναγμοῖς ἐκμιμούμενοι τοῦ Τελώνου τὸ ὑψοποιὸν ταπείνωσιν, μέλποντες, πιστοὶ, εὐλογητὸς εἶ ὁ Θεὸς, ὁ τῶν Πατέρων ἡμῶν.

Diſcipulis documenta tradens prædixiſti, Domine, ne alta ſaperent, commonens vero, ut humilium veſtigiis inſiſterent, Salvator; quamobrem ad Te, Fideles, clamamus, Benedictus es Deus Patrum noſtrorum.

Εἰσηγούμενος τοῖς Μαθηταῖς προέφης, Δέσποτα, μὴ φρονεῖν ὑψηλὰ, συναπάγεσθαι ταπεινοῖς διδάσκων δὲ Σωτήρ. διό σοι κραυγάζομεν πιστοὶ, εὐλογητὸς εἶ ὁ Θεὸς ὁ τῶν Πατέρων ἡμῶν.

Th.) Te, o veneranda, Jacobi pulchritudinem, & ſcalam, quam ille primum humi fixam, dein in ſublime exporrectam conſpexit, agnoſcimus, quæ deſuper Deum incorporatum deducis, ac homines viciſſim ſurſum adducis.

Θεοτοκίον.) Ἰακὼβ σε καλλονὴν, καὶ θεῖαν κλίμακα, κάτωθεν ἣν ἑώρακε πρὶν, ἐκτεταμένην πρὸς ὕψος γινώσκομεν, σεμνὴ, κατάγουσαν ἄνωθεν Θεὸν, σεσαρκωμένον, καὶ βροτοὺς αὖθις ἀνάγουσαν.

Ode VIII.

ΩΔΗ η'.

Sanctis e flamma.

Ἐκ φλογὸς τοῖς ὁσίοις.

Humili mente Publicanus ingemiſcens, propitium Dominum invenit, ac ſalvus factus eſt, Phariſæus autem ob intolerandum jactantiæ vitium, juſtitia decidit.

Ταπεινόφρονι γνώμῃ ἵλεων Κύριον ὁ Τελώνης στενάξας εὗρε, καὶ σέσωσται, τρόπῳ δὲ δεινῷ γλώσσης μεγαλορρήμονος, τῆς δικαιοσύνης ἐκπίπτει Φαρισαῖος.

Phariſaici ingenii ſuperbiam, & munditiæ nuncupationem effugiamus, Fideles, miſerabilem Publicani hu-

Φαρισαίου τὸν τύφον τῆς προαιρέσεως, καὶ τὴν προσηγορίαν τῆς καθαρότητος, φύγωμεν, πιστοὶ, ζηλοῦντες τοῦ Τελώνου

κα-

καλῶς τὴν ἠλεημένην ταπείνωσιν, καὶ γνώμην.

militatem, ejuſque ſenſum, præclare imitantes.

Τὰς φωνὰς τοῦ Τελώνου, πιστοὶ, φθεγξώμεθα ἱερῷ ἐν ἁγίῳ, ὁ Θεὸς ἱλάσθητι, ἵνα σὺν αὐτῷ τύχωμεν συγχωρήσεως, λύμης μεγαλαύχου ῥυσθέντες Φαρισαίου.

Publicani in Templo ſancto voces reſonemus, Fideles, Deus propitius eſto, ut nos quoque una cum illo veniam conſequamur, e Phariſaicæ ſuperbiæ contagione liberati.

Στεναγμὸν τοῦ Τελώνου πάντες ζηλώσωμεν, καὶ Θεῷ ὁμιλοῦντες θερμοῖς τοῖς δάκρυσι κράξωμεν αὐτῷ, φιλάνθρωπε, ἡμάρτομεν, εὔσπλαγχνε, οἰκτίρμων, ἱλάσθητι, καὶ σῶσον.

Æmulemur omnes Publicani gemitum, & Deum fervidis cum lacrymis alloquentes, clamemus ad ipſum, Miſericors, peccavimus, clemens, pius, eſto propitius, ac ſalva.

Στεναγμῷ τοῦ Τελώνου Θεὸς ἐπένευσε, δικαιώσας τε τοῦτον, πᾶσιν ὑπέδειξε, κάμπτεσθαι ἀεὶ, στεναγμοῖς τε, καὶ δάκρυσι, τῶν πλημμελημάτων αἰτούμενοι τὴν λύσιν.

Publicani gemitui annuit Deus, & eo juſtificato, documentum omnibus dedit, ut, ſemper in ſuſpiriis, & lacrymis humilitatem præſeferamus, abſolutionem a criminibus expoſcentes.

Θεοτοκίον.) Οὐκ ἐπίσταμαι πλὴν σοῦ ἄλλην ἀντίληψιν, σὲ προβάλλομαι πρέσβιν, ἁγνὴ, πανάμωμε, σὲ πρὸς τὸν ἐκ σοῦ τεχθέντα μεσιτείαν, πάντων τῶν λυπούντων ἐλεύθερόν με δεῖξον.

Th.) Præter te, o pura, nulli obnoxia labi, non aliam novi tutelam, te interpellatricem ſiſto, te ad eum, quem genuiſti, mediatricem interpono, libera me ab omnibus moleſtiis.

ΩΔΗ θ'.

Ode IX.

Θεὸν ἀνθρώποις ἰδεῖν.

Deum hominibus videre.

Ὁδὸν ὑψώσεως τὴν ταπείνωσιν παρὰ Χριστοῦ λαβόντες

Humilitatem exaltationis ſemitam, exemplum ſalutis, Chri-

Chriſto mõſtrante agnoſcentes, Publicani inſtitutum imitemur, faſtum ſuperbiæ procul abjicientes, propitium nobis Deum reddentes mente humili.

Animæ vecordiam repellamus, mentem bonam humiliter de nobis ſentiẽtes comparemus, ne juſtos noſmetipſos pronunciare ſatagamus, inanis gloriæ faſtum execremur, Deumque Publicani inſtar, propitium nobis efficiamus.

Authori miſericordiæ preces, cujuſmodi Publicani, offeramus; ingratas, cujuſmodi Phariſæi, ſuperbas voces, atque de proximo judicium ferunt, averſantes, ut nobis Deum propitium, lumenque conciliemus.

Multiplici criminum colluvie gravatus, immoderata nequitia Publicanum ſuperavi, ſuperbum Phariſæi faſtum præterea confector, bonis omnibus undique deſtitutus, Domine, ignoſce mihi.

Qui propter te, Salvator, pauperes ſpiritu extiterunt, beatitate tua dignos effice, tuis enim juſſis obau-

σωτηρίας ὑπόδειγμα, τοῦ Τελώνου τὸν τρόπον ζηλώσωμεν, τῦφον ὑπεροψίας πόῤῥω βαλλόμενοι, γνώμῃ ταπεινόφρονι Θεὸν ἐξιλεούμενοι.

Ψυχῆς ἀπόνοιαν ἀπωσώμεθα, γνώμην ἀγαθὴν ἐν ταπεινοφροσύνῃ κτησώμεθα, ἑαυτοὺς δικαιοῦν μὴ σπουδάζωμεν, καὶ τὸν κενοδοξίας τῦφον μισήσωμεν, καὶ σὺν τῷ Τελώνῃ τὸν Θεὸν ἱλεωσώμεθα.

Λιτὰς τῷ κτίσῃ οἴκτου προσφέρωμεν τελωνικάς, τὰς φαρισαϊκὰς ἐκτρεπόμενοι ἀχαρίστους εὐχάς, μεγαλαύχους φωνάς, αἳ μετὰ τοῦ πλησίον κρίσιν ἐπάγουσιν, ἵνα Θεὸν ἵλεων, καὶ φῶς ἐπισπασώμεθα.

Πολλῶν πταισμάτων ἐσμῷ βαρούμενος, ὑπερβολῇ κακίας τὸν Τελώνην παρήλασα, καὶ τοῦ Φαρισαίου τὸν μεγάλαυχον τῦφον προσεπικτῶμαι, πάντοθεν ἔρημος πάντων καθιστάμενος καλῶν, Κύριε, φεῖσαί μου.

Τῆς σῆς ἀξίωσον μακαριότητος, τοὺς διὰ σὲ τῷ Πνεύματι πτωχοὺς ἐνυπάρξαντας. ἐν σιγήσει γὰρ τῆς σῆς προστάξεως

πνευ-

Digitized by Google

πνεῦμα συντετριμμένον σοὶ προσκομίζομεν, Σῶτερ, προσδεξάμενος, σῶζε τοὺς σοὶ λατρεύοντας.

dientes abſque verborum ſtrepitu ſpiritum contritum, tibi afferimus, quo ſuſcepto adoraratores tuos ſalvos effice.

Θεῷ Τελώνης ποτὲ εὐξάμενος, τῷ ἱερῷ πιστῶς προσανιὼν δεδικαίωται, στεναγμοῖς γὰρ προσελθὼν, καὶ δάκρυσι συντριμμῷ τε καρδίας πάντα ἀπέθετο τῶν ἁμαρτημάτων τὸν φόρτον ἐξιλεώσεσιν.

Publicanus cum fide olim Templum ingreſſus, preces Deo fundens juſtificatus eſt, ſuſpiriis enim, lacrymiſque, atque contrito corde accedens, veniam conſecutus peccatorum onus omnedepoſuit.

Θεοτοκίον.) Ὑμνεῖν, δοξάζειν, καὶ μακαρίζειν σε, δίδου ἡμῖν ἀξίως τοῖς τιμῶσί σε, πάναγνε, καὶ τὸν τόκον τὸν σὸν μεγαλύνουσι, μόνη εὐλογημένη, σὺ γὰρ τὸ καύχημα τῶν Χριστιανῶν, καὶ πρὸς Θεὸν πρέσβις εὐπρόσδεκτος.

Th.) Præſta nobis te, o puriſſima, digne honorantibus, ut te laudare, glorificare, ac beatam prædicare valeamus, ſola benedicta, tu ſiquidem Chriſtianorum gloriæ, & grata apud Deum interpellatrix.

Canonis hujus Auctorem & epigraphe, & primę Theotociorum literę in unum conjunctæ, nobis repręſentant, videlicet Georgium. Quo tamen nomine cum plures ſacrę Poeſeos laude apud Gręcos inclaruerint, ab Allatio in Syntagmate de Georgiis recenſiti, Georgius ſcilicet Piſides, Georgius Nicomedienſis, & Georgius Siculus, cuinam ex his recitatus Canon tribui debeat, prorſus incompertum. Quonam tempore vixerit, aut quiſnam fuerit Georgius Siculus

lius ſibi minime liquere fatetur Allatius laudato loco, & quamvis ſub ejus epigraphe referat hujuſcemodi argumenti Cantica, quę in Libris Eccleſiaſticis Gręcorum Georgii nomine pręnotantur, monens, ſolemne fuiſſe huic Auctori nomen ſuum Acroſtichide Canonum, & potiſſimum Theotociorum Tropariorum manifeſtare, non ideo definire audet, illa omnia Siculo Georgio tribuenda, cum ad Nicomedienſem ęque valeant aptari. De Nicomedienſi in dubium revocat idem Allatius, num ille ſit, ad quem plures extant Photii Epiſtolę, an vero idem haberi debeat cum Georgio cognomento Piſide, magnę Eccleſię CPolitanę Diacono, & Chartophylace, qui temporibus Heraclii Imperatoris multa non ſoluta tantum, ſed et juncta oratione conſcripſit, eaque elegantia, ut plerique eum Euripidi comparandum, multi anteponendum non ſine animi contentione affirmarent. Unum, & eumdem eſſe Georgium Nicomedienſem, & Chartophylacem, non leve indicium eſt, quod nonnullis Orationibus varii Codices modo Georgii Nicomedienſis, modo Georgii Chartophylacis nomen pręponant. Duos Georgios Allatius Melodis Gręcorum accenſet in Catalogo, duos etiam exhibet Triodii Catena, unum tantum refert Nicephorus in Jambis.

DIA-

DIATRIBA QUINTA.

De ſecunda Dominica in Triodio.

SECUNDA in Triodio Dominica itidem ab Evangelio, quod in ea legitur nomen ſuum trahens Τῦ Ἀσώτυ, *Filii Prodigi* nuncupatur, & reſpondet Dominicæ Septuageſimę Latinorum. Cur autem in Triodio Parabola Filii Prodigi poſita fuerit ſecundo loco, ſtatim poſt Parabolam Publicani, Nicephorus in Synaxario ad hanc Dominicam pluribus explicat, quorum ſumma hæc eſt: ne graviſſimorum criminum ſibi conſcii, ſpem propterea omnem abjiciant, ruantque exinde in malorum præcipitia, impetrata a Prodigo venia illorum oculis objicitur. En verba Nicephori: τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τὴν τῦ Ἀσώτυ ὑοῦ ἐπανάκλησιν ἑορτάζομεν, ἣν οἱ θειότατοι Πατέρες ἡμῶν δευτέραν ἐν τῷ Τριωδίῳ ἐνέταξαν, δι' αἰτίαν τοιαύτην. ἐπειδὴ γάρ εἰσι τινὲς, πολλὰ τῶν ἀτόπων αὐτοῖς συνειδότες, ἀσώτως τε ἐκ νεωτέρας πάνυ τῆς ἡλικίας βιῶντες, καὶ μέθαις, καὶ ἀσελγείαις χολάζοντες, καὶ εἰς

βυθὸν ὑπὸ κακῶν ἀποπεσόντες πρὸς ἀπόγνωσιν ἔρχονται, ἥτις δὴ γέννημά ἐςι τῆς ἀλαζονείας, κἀντεῦθεν πρὸς ἐπιμέλειαν ἀρετῆς οὐδαμῶς ἔρχεσθαι βούλονται, καὶ τὸν τῶν κακῶν ἑσμὸν προβαλλόμενοι, τοῖς αὐτοῖς καὶ χείροσι τῶν κακῶν ἀεὶ περιπίπτουσι, φιλανθρώπως, καὶ πατρικῶς οἱ ἅγιοι Πατέρες καὶ πρὸς τοὺς τοιούτους τῶν ἀνθρώπων ἔχοντες, καὶ ἀπαγαγεῖν τῆς ἀπογνώσεως θέλοντες, τὴν τοιαύτην παραβολὴν ἐνταῦθα μετὰ τὴν πρώτην ἐνέταξαν, πρόῤῥιζον τὸ τῆς ἀπογνώσεως ἀνασπῶντες πάθος, καὶ πρὸς ἀρετῆς ἀνάληψιν διεγείροντες, καὶ τὰ φιλάνθρωπα, καὶ ὑπεράγαθα τοῦ Θεοῦ σπλάγχνα τοῖς πλεῖςα ἐπταικόσι διὰ τοῦ Ἀσώτου δεικνύοντες.

Canonem hujus Dominicæ, in Triodio Barberino deſideratum, ex vetuſto Triodio Vaticano ſupplemus, Lectorem monentes eumdem prorſus in editis etiam Triodiis exhiberi, excepta Ode ſecunda, quæ in his minime comparet.

CAN ON. *Ton.* 2.	ΚΑΝΩΝ. Ἦχος β΄.
Opus IOSEPH.	Ποίημα ΙΩΣΗΦ.
ODE I.	ΩΔΗ α΄.
Moyſis Canticum.	Τὴν Μωσέως ᾠδήν.
Ieſu Deus, ut olim Prodigum filium, ſic me reſipiſcentem modo excipe, qui inertem vitam traduxi, teque ad iracundiam concitavi.	Ἰησοῦ ὁ Θεὸς μετανοοῦντα δέξαι νῦν κἀμὲ, ὡς τὸν Ἄσωτον υἱὸν, πάντα τὸν βίον ἐν ἀμελείᾳ ζήσαντα, καὶ σὲ παροργίσαντα.
Quas mihi prius tribuiſti divinas divitias, diſſipavi, luxuriæ deditus procul a te	Ὃν μοι δέδωκας πρὶν, κακῶς ἐσκόρπισα θεῖον πλοῦτον, ἐμακρύνθην ἀπὸ σοῦ ἀσώτως ζή-

ζήσας, εὔσπλαγχνε Πάτερ, δέξαι νῦν κἀμὲ ἐπιστρέφοντα.

abſceſſi, excipe igitur me quoque redeuntem, Pater miſericors.

Τὰς ἀγκάλας νυνὶ τὰς πατρικὰς προσεφαπλώσας, δέξαι, Κύριε, κἀμὲ ὥσπερ τὸν Ἄσωτον, πανοικτίρμον, ὅπως εὐχαρίστως δοξάσω σε.

Paternis ulnis tuis modo expanſis, me quoque, ceu Prodigum, excipe, clementiſſime Domine, ut te cum gratiarũ actione glorificem.

Θεοτοκίον.) Ἐν ἐμοὶ ὁ Θεός, πᾶσαν δεικνὺς ἀγαθωσύνην, παρείδοιμι τὴν πληθὺν τῶν ἐγκλημάτων, ὡς εὐεργέτης, θείαις τῆς Μητρός σου πρεσβείαις.

Th.) Deus, qui in me bonitatem omnem demonſtraſti, ne reſpicias, ut pote benefactor, criminum meorum multitudinem, divinis Genitricis tuæ precibus exoratus.

ΩΔΗ β'.

Τὸ θαυμαστὸν ὄνομα.

Ode II.

Admirabile nomen.

Τὰς πονηρὰς πράξεις μου παραβλέψας, μετανοοῦντά με πρόσδεξαι, ὡς τὸν Ἄσωτον, φιλάνθρωπε, ἡμάρτηκα ἐνώπιόν σου.

Improba opera mea diſſimulans, pœnitentia ductum excipe me, ceu Prodigum, peccavi coram te, o clemens.

Φρενοβλαβῶς εἴληφα τὴν οὐσίαν, καὶ διεσκόρπισα, Κύριε, ἥνμοι δέδωκας, καὶ κράζω σοι νῦν, Δέξαι με μετανοοῦντα.

Stultus patrimonium accepi, traditumque mihi a te, Domine, abligurivi, & modo ad te clamo, Excipe me reſipiſcentem.

Περιχεθεὶς πάθεσιν ἐμακρυνώθην ἐκ σοῦ, φιλάνθρωπε, νῦν δέ με ἐπιστρέφοντα δεξάμενος, τὰ σπλάγχνα σου ὑπάνοιξόν μοι.

Pravis cupiditatibus obſtrictus longius a te, o clemens, profectus ſum, at nunc redeuntem me excipiens, viſcera tua mihi adaperire digneris.

Θεοτοκίον.) Τὸν σὸν Υἱόν, Δέσποινα, ἐκδυσώπει, κατοι-

Th.) Tuum, Domina, Filium, obteſtare, ut miſerea-

tur mei, qui probroſis affectionibus ſuccubui, & prorſus infructuoſus evaſi.

κτειρήσαιμι πάθεσιν ἀτιμίας ὑποκύψαντα, καὶ ἄκαρπον γεγενημένον.

Ode III.

Firmatam mentem meam.

Extra me ipſum penitus per inſipientiam abductus, voluptatum repertoribus me addixi; verumtamen ſuſcipe me, Chriſte, ceu Prodigum.

Prodigi vocem imitatus clamo, Pater peccavi; & me igitur, velut illum, in ulnis tuis modo recipe, neque repellas.

Ulnis tuis miſericorditer expanſis, ſuſcipe me, Chriſte e longinqua redeuntem regione peccati, atque cupiditatum.

Th.) Bona inter mulieres, me quoque ob multa crimina ad mendicitatem redactum, bonorum ideis locupleta, ut te, o pura, glorificem.

ΩΔΗ γ΄.

Στερεωθέντα μου τὸν νοῦν.

Ἔξω ὅλος ἐμαυτοῦ γεγονὼς φρενοβλαβῶς, προςτεκολλήθην τοῖς παθῶν ἐφευρεταῖς. ἀλλὰ δέξαι με, Χριστὲ, ὥσπερ τὸν Ἄσωτον.

Τοῦ Ἀσώτου τὴν φωνὴν ἐκμιμούμενος βοῶ, ἥμαρτον Πάτερ, ὡς ἐκεῖνον οὖν κἀμὲ ἐναγκάλεσαι νυνὶ, καὶ μὴ ἀπώσῃς με.

Τὰς ἀγκάλας σου, Χριστὲ, ὑφαπλώσας συμπαθῶς ὑπόδεξαί με, ἀπὸ χώρας μακρᾶς ἁμαρτίας, καὶ παθῶν ἐπαναστρέφοντα.

Θεοτοκίον.) Ἡ καλὴ ἐν γυναιξὶ, καταπλούτισον κἀμὲ καλῶν ἰδέαις, ἁμαρτίαις πολλαῖς τὴν πτωχεύσαντα, ἁγνὴ, ὅπως δοξάσω σε.

Ode IV.

Tuam e Virgine nativitatem.

Pater ſupercœleſtis, bonorum divitias, quas mihi tradidiſti, nequiter diſperſi, exteris civibus ſerviens; propterea ad te clamo, Peccavi tibi, excipe me, ut olim Prodigum, tuis adverſus me manibus expanſis.

ΩΔΗ δ΄.

Τὴν ἐκ Παρθένου σου γέννησιν.

Πλοῦτον καλῶν ὅν μοι δέδωκας, ἐπουράνιε Πάτερ, διεσκόρπισα κακῶς, ξένοις πολίταις δουλεύμενος. διὸ βοῶ σοι, ἥμαρτόν σοι, δέξαι με, ὡς τὸν Ἄσωτον πάλαι, ὑφαπλώσας τὰς ἀγκάλας μοι τὰς σάς.

Πά-

Πάσῃ κακίᾳ δεδούλωμαι, ὑποκύψας ἀθλίως τοῖς παθῶν δημιουργοῖς, καὶ ἐμαυτοῦ ἔξω γέγονα ἀπροσεξίᾳ. οἰκτειρόν με Σῶτερ, ἐπουράνιε Πάτερ, προσφυγόντα τοῖς πολλοῖς σου οἰκτιρμοῖς.

Omnigenæ nequitiæ famulatus ſum, miſerandum in modum cupiditatum auctoribus obnoxius, & præ vecordia extra me ipſum exceſſi, miſerere mei, Salvator, Pater ſupercœleſtis, qui ad multas miſericordias tuas confugi.

Πάσης αἰσχύνης πεπλήρωμαι, μὴ τολμῶν ἀτενίσαι εἰς τὸ ὕψος οὐρανοῦ, καὶ γὰρ ἀλόγως ὑπέκυψα τῇ ἁμαρτίᾳ. νῦν δὲ ἐπιστρέφων, ἐκβοῶ κατανύξει, Ἥμαρτόν σοι, δέξαι με Παμβασιλεῦ.

Undique dedecore coopertus ſum, minime audens ad cœli culmen reſpicere; inſipienter enim peccato ſuccubui: nunc vero reverſus compuncto corde clamo, Peccavi tibi, ſuſcipe me, Rex univerſorum.

Θεοτοκίον.) Ἡ τῶν ἀνθρώπων βοήθεια, ἡ ἐλπὶς ἡ βεβαία πάντων τῶν Χριστιανῶν, τὸ καταφύγιον, ἄχραντε, τῶν σωζομένων, σῶσόν με, Παρθένε, μητρικαῖς σου πρεσβείαις, καὶ μελλούσης καταξίωσον ζωῆς.

Th.) Hominum auxilium, ſpes firma Chriſtianorum omnium, refugium eorum, qui ſalvi fiunt, ſalva me, o immaculata Virgo, maternis precibus tuis, ac futura vita dignum redde.

ΩΔΗ έ.

ODE V.

Τῆς νυκτὸς διελθούσης.

Nocte præterita.

Ἐδουλώθην πολίταις ξένοις, καὶ εἰς χώραν τὴν φθοροποιὸν ἀπεδήμησα, καὶ ἐμπλήσθην αἰσχύνης. νῦν δὲ ἐπιστρέφων κράζω σοι, οἰκτίρμον, τὸ Ἥμαρτον.

Exteris civibus famulatum impendi, & in corruptricem regionem abſceſſi, repletuſque ſum ignominia; nunc autem reverſus, ad te, miſericors, clamo, Peccavi.

Τὰ πατρῷα σου σπλάγχνα νῦν ὑπάνοιξόν μοι, ἀπὸ τῶν κα-

Tua mihi modo paterna viſcera adaperi e malis re-

de-

deunti, o Pater ſupercœleſtis, neque me ſumma præditus miſericordia rejicias.

κῶν ἐπιςρέφοντι, ἐπυράνιε Πάτερ, καὶ μή με ἀπώσῃ, ἔχων ὑπερβάλλον τὸ ἔλεος.

Non audeo, cum te, Chriſte, immenſe exacerbaverim, ſurſum ſublime aſpicere, at tuam, o miſericors, benignitatem agnoſcens, clamo, Peccavi, propitius eſto, & ſalvum me fac.

Οὐ τολμῶ ἀτενίσαι ἄνω εἰς τὸ ὕψος, ἄμετρα, Χριςὲ, παροργίσας σε, ἀλλ' εἰδώς σου, οἰκτίρμον, τὸ εὔσπλαγχνον κράζω, ἥμαρτον, ἱλάσθητι καὶ σῶσόν με.

. *Th.*) Sanctiſſima Virgo, gratia plena, quæ omnium propitiationem genuiſti, grave criminum noſtrorum pondus precibus tuis alleva.

Θεοτοκίον.) Παναγία Παρθένε, κεχαριτωμένη, ἡ τὸν ἱλασμὸν πάντων τέξασα, τῶν ἡμῶν ἐγκλημάτων τὸ βαρὺ φορτίον σοῦ ταῖς ἱκεσίαις ἐλάφρυνον.

Ode VI.

ΩΔΗ ϛ'.

Peccatorum abyſſo.

Βυθῷ ἁμαρτημάτων.

Semper me peccatorum comprehendit abyſſus, & culparum procella demergit, dirige me, Chriſte Deus, ad portum ſalutis, & ſalvum effice, o gloriæ Rex.

Βυθὸς ἁμαρτημάτων συνέχει με ἀεὶ, καὶ τρικυμία πταισμάτων βυθίζει με, κυβέρνησον πρὸς λιμένα με ζωῆς, Χριςὲ ὁ Θεὸς, καὶ σῶσόν με, Βασιλεῦ τῆς δόξης.

Sceleſte paternas opes diſſipavi, & ad inopiam redactus, impletus ſum ignominia, infructuoſis cogitationibus obtemperans; quare ad te, miſericors, clamo, Miſerere mei, & ſalva me.

Τὸν πλοῦτον τὸν πατρῷον ἐσκόρπισα δεινῶς, καὶ πτωχεύσας αἰσχύνης πεπλήρωμαι, δουλεύων τοῖς ἀκάρποις λογισμοῖς. διό σοι βοῶ, φιλάνθρωπε, οἰκτειρόν με, σῶσον.

Miſerere mei, Domine, omnigenorum bonorum fame contrabeſcentis, atque a te, o optime, abalienati, nunc

Λιμῷ καταφθαρέντα παντοίων ἀγαθῶν, καὶ ξενωθέντα ἐκ σοῦ, ὑπεράγαθε, οἰκτείρησον ἐπιςρέφοντά με νῦν, καὶ σῶσον, Χρι-

Χριστὲ, ὑμνοῦντά σου τὴν φιλανθρωπίαν.

autem redeuntis, ac ſalvum effice tuam, Chriſte, benignitatem collaudantem.

Θεοτοκίον.) Σωτῆρα, καὶ Δεσπότην κυήσασα Χριστὸν, τῆς σωτηρίας με, κόρη, ἀξίωσον, πτωχεύσαντα ἐκ παντοίων ἀγαθῶν, Παρθένε ἁγνὴ, ἵνα ὑμνῶ τὰ σὰ μεγαλεῖα.

Th.) Chriſtum enixa Salvatorem, & Dominum, dignum me ſalute efficias, o puella, quem bonorum omnium mendicitas preſſit, ut magnalia tua, o pura Virgo, hymnis frequentem.

ᾨΔΗ ζ'.

Τὰ Χερουβὶμ μιμούμενος.

Ταῖς ἡδοναῖς τοῦ σώματος ὑπέκυψα παναθλίως, καὶ ἐδουλώθην ὅλως τοῖς τῶν παθῶν ἐφευρεταῖς, καὶ ξένος ἐγενόμην ἀπὸ σοῦ, φιλάνθρωπε, νῦν δὲ κράζω τὴν τοῦ Ἀσώτου φωνὴν, ἡμάρτηκα, Χριστὲ, μή με ὑπερίδῃς, ὡς μόνος ἐλεήμων.

Ode VII.

Cherubim imitatus.

Corporeis voluptatibus miſerrime obtemperavi, & pravorum affectuum excogitatoribus tradidi me totum in ſervitutem, atque a te, o clemens, extraneus factus ſum; nunc autem Prodigi vocem reſono, Peccavi, Chriſte, ne me, utpote ſolus miſericors, deſpicias.

Ἀναβοῶ τὸ ἥμαρτον, μὴ δ' ὅλως ἐνατενίσαι ἀποτολμῶν εἰς ὕψος τοῦ οὐρανοῦ, Παμβασιλεῦ, ὅτι ἐν ἀφροσύνῃ μόνος σε παρώργισα, ἀθετήσας τὰ σὰ προστάγματα, διὸ, ὡς μόνος ἀγαθὸς, μή με ἀπορρίψῃς ἀπὸ τοῦ σοῦ προσώπου.

Vociferor, Peccavi, neque omnino audeo contra cœli altitudinem reſpicere, quoniam per inſipientiam, quam maxime iram tuam commovi, mandata tua tranſgreſſus; quamobrem, utpote ſolus bonus, ne me projicias a facie tua, o omnium Rex.

Τῶν Ἀποστόλων, Κύριε, καὶ Προφητῶν, καὶ Ὁσίων, καὶ τῶν σεπτῶν Μαρτύρων, καὶ τῶν Δικαίων

Precibus Apoſtolorum, & Prophetarum, ac Sanctorum, venerandorumq; Martyrum, atque

τανοίᾳ προσπίπτοντά σοι σῶσον.

quare ante te cum pœnitentia procidentem, ſalvum effice.

Θεοτοκίον.) Θεογεννῆτορ ἁγνὴ, ἡ τῶν κατεῤῥαγμένων ἐπανόρθωσις μόνη, ἐπανόρθωσον κἀμὲ παντοίαις ἁμαρτίαις συντετριμμένον ὅλον, καὶ τεταπεινωμένον.

Th.) Dei genitrix pura; dejectorum ſola reſtitutrix, me quoqne omni peccatorũ genere undique contritum, atque humiliatum, in rectum revoca.

ΩΔΗ Θ΄.

Τῶν γηγενῶν τίς ἤκουσε.

Ἴδε, Χριστὲ, τὴν θλῖψιν τῆς καρδίας, ἴδε μου τὴν ἐπιστροφὴν, ἴδε τὰ δάκρυα, Σῶτερ, καὶ μὴ παρίδῃς με, ἀλλ᾽ ἐναγκάλισαι πάλιν δι᾽ εὐσπλαγχνίαν, πληθύϊ σωζομένων συναριθμῶν, ὅπως ὑμνῶ εὐχαρίστως τὰ ἐλέη σου.

Ode IX.

Quiſnam terrigenarum audivit.

Vide, Chriſte, tribulationem cordis, vide converſionem meam, vide lacrymas, Salvator, & ne deſpicias me, at in ulnis tuis rurſus propter miſericordiam recipe, Electorum cœtui accenſens, ut miſerationes tuas gratus concelebrem.

Ὡς ὁ Λῃστὴς βοῶ τὸ, Μνήσθητί μου, ὡς ὁ Τελώνης, κατηφὴς τύπτω τὸ στῆθος, καὶ κράζω νῦν τὸ, Ἱλάσθητι, ὥσπερ τὸν Ἄσωτον, δέξαι με, πανοικτίρμον, ἐκ πάντων τῶν κακῶν μου, Παμβασιλεῦ, ὅπως ὑμνῶ σου τὴν ἄκραν συγκατάβασιν.

Latronis inſtar clamo, Memento mei; ut Publicanus, demiſſo vultu pectus percutio, clamans modo, Propitius eſto; excipe me, miſericordiſſime omniũ Rex, quemadmodum Prodigum, e malis meis omnibus, ut ſummam benignitatẽ tuã collaudem.

Στέναξον νῦν, ψυχή μου παναθλία, καὶ ἀναβόησον Χριστῷ, ὁ δι᾽ ἐμὲ ἑκουσίως πτωχεύσας, Κύριε, πτωχεύσαντά με ἐκ πά-

Ingemiſce nunc, miſerrima anima mea, & ad Chriſtũ exclama, Domine, qui propter me mendicus ſponte e-

 va-

vaſiſti, mihi univerſi boni operis mendicitate laboranti, bonorum divitias, utpote ſolus bonus, & multum miſericors„elargire.

σης ἀγαθοεργίας, καλῶν πτεω-σίᾳ, ὡς ἀγαθὸς καὶ πολυέλεος μόνος, καταπλούτισον.

Quam olim propter voluntariam Prodigi converſionẽ celebraſti, o bone,lætitiam, eamdem modo oſtenta propter me quoque miſerum, venerandas ulnas tuas mihi expandens, ut ſalvus effectus benignitatem tuam ſummam hymnis glorificem.

Ἥνπερ ποτὲ εἰργάσω εὐφροσύνην τῇ τοῦ Ἀσώτου, ἀγαθέ, ἐπιστροφῇ ἑκουσίῳ, ταύτην νῦν ποίησον καὶ ἐπ' ἐμοὶ τῷ ἀθλίῳ, ἐφαπλῶν μοι τὰς σὰς σεπτὰς ἀγκάλας, ἵνα σωθεὶς ὑμνολογῶ σου τὴν ἄκραν συγκατάβασιν.

Th.) Tuis,o Virgo,luminoſis deprecationibus illumina,precor,intellectuales oculos meos nequitia obtenebratos,meq;ad pœnitentiæ ſemitas adducito, ut dignis hymnis te Verbi ſupra intelligentiæ captum genitricem concelebrem.

Θεοτοκίον.) Φωτιστικαῖς πρεσβείαις σου, Παρθένε, τοὺς νοερούς μου ὀφθαλμοὺς ἐσκοτισμένους κακίᾳ φώτισον, δέομαι, καὶ πρὸς ὁδοὺς μετανοίας εἰσάγαγέ με, ὅπως χρεωστικῶς σε ὑμνολογῶ, τὴν ὑπὲρ λόγον τὸν Λόγον σωματώσασαν.

De Joſepho, cujus nomine Canõn iſte inſignitur, conſulenda ſunt dicta in ſecunda Diatriba; hic vero pro præſentis, & totius Voluminis coronide operæ pretium exiſtimo, de Triodii Synaxariis ſæpe jam a me citatis, & ſæpius citandis in ſubſecuturis Diatribis, deque eorum Auctore aliqua in medium afferre. Quænam ea ſint, & quiſnam ea concinnaverit, aperte pro-

produnt priora verba Prologi eorumdem Synaxariorum, quæ ita ſe habent: Νικηφόρου Καλλίστου τοῦ Ξανθοπούλου Συναξάρια εἰς τὰς ἐπισήμους ἑορτὰς τοῦ Τριῳδίου μίαν ἑκάστην αὐτῶν αἰτιολογοῦντα, πῶς ποτὲ κατ' ἀρχὰς γέγονε, καὶ δι' ἣν αἰτίαν οὕτω νῦν ἔχουσι, καὶ παρὰ τῶν ἁγίων, καὶ θεοφόρων Πατέρων ἐτάχθησαν μετά τινων ἐπιστάσεων μερικῶν, ἀρχόμενα ἀπὸ τοῦ Τελώνου, καὶ τοῦ Φαρισαίου, καὶ καταλήγοντα μετὰ τῶν ἁγίων πάντων. *Nicephori Calliſti Xantopuli in præcipuas Triodii feſtivitates Synaxaria, quæ illarum cauſas reddunt, unde originem habeant, & quamnam ob cauſam hoc tempore ita ſe habeant, & a divinis Patribus ſic diſpoſitæ ſint, cum nonnullis circumſtantiis particularibus. Ordiuntur a Publicano, & Phariſæo, finiunt in ſolemnitate omnium Sanctorum.* Calliſtus iſte, ille ipſe eſt, ut ait Allatius, qui Hiſtoriam etiam Eccleſiaſticam a Lango editam conſcripſit, in qua Andronico Imperatori Eccleſiæ Romanæ hoſti infenſiſſimo blanditur ob hæreſim proceſſionis a Patre tantum Spiritus Sancti defenſam, ejuſdem hæreſis ipſemet pertinaciſſimus aſſertor, necnon in Latinorum ritus, ac Eccleſiaſticas Cæremonias oblatrator. Illorum Synaxariorum auctoritatem pluribus locis elevavit Allatius de Perpet. Conſenſ. lib. III. cap. XVII. num. XV. de octava Synodo Photiana cap. XIV. pag. 527. Diſſertat. I. de lib. Eccleſ. Græcor. pag. 93., & Diſſertat. II. de Triodio, paſſim monens ea errori-

bus, & hæreſibus ſcatere, *eademque nuper edita eſſe nulla auctoritate à ſciolis quibuſdam, in Triodio, & Pentecoſtario, cum in Manuſcriptis Græcorum, quibus paſſim, & fere ubique utitur Eccleſia Græca, & maxime in Eccleſiis præcipuis, & Monaſteriis, nulla ſint*; hæc ejus ſunt verba in Opere de Perp. Conſenſ. Et in illo de Octava Syn. Phot. *Sic elevavi* [inquit] *auctoritatem errorum adjunctorum. non Triodii, cujus habentur pluribus in locis, & urbibus antiquiſſima Exemplaria, in quibus ſimiles errores nunquam conſpexeris. Adde præterea dictorum Synaxariorum ob ſimiles errores peſſimam eorum famam apud Græcos eſſe, ut in nullis Eccleſiis, ſaltem paucis, eorum lectio admittatur*. Eos errores, ſeu quos ipſe tales reputavit, recenſet, ac refellit lato calamo in Diſſertatione, ubi Triodium ad examen revocat. Multo ante Allatium eorumdem Synaxariorum auctoritatem elevaverat Gennadius cap. 2. de Azymo; ſcribens, ridiculum ſibi quam maxime videri, quod Nicephorus Calliſtus Xantopulus Synaxaria, *quæ nunc in Triodio ſunt*, componere ambitioſo ſtudio conatus fuerit, quodque impetu pernicioſi Schiſmatis motus de Azymi materia ingentia, & admirabilia ſcripſerit; omnes autem noſſe, Synaxaria illa Byzantii legi non fuiſſe ſolita, *in hac tantum civitate nonnulli in Triodio aſſuerunt, modo quo nunc videmus, ea jacere*.

ὡς

ὡς ἂν δὲ Νικηφόρου Καλλίστου τοῦ Ξανθοπούλου μνησθῶ, ἔπεισί μοι καὶ σφόδρα γελᾷν, ὃς ἐφιλοτιμήθη μετὰ συγγράψαι τὰ ἐν τῷ τριῳδίῳ νῦν διεσκόμενα ἀπαξχεια. τῇ ῥύμῃ δὲ τῆς κακίας τοῦ σχίσματος κινηθεὶς ἔγραψε καὶ περὶ τῆς προκειμένης ἡμῖν ὑποθέσεως μεγάλα καὶ θαυμαστά. ὅτι δὲ ταῦτα ἐν Κωνσταντινουπόλει οὐκ ἀνεγινώσκοντο, ἴσασι πάντες, καὶ οὐ δεῖ με περαιτέρω προβαίνειν. ἐν ταύτῃ μόνον τῇ πόλει τινὲς κατέταξαν ἐν τῷ τριῳδίῳ, ὡς διείσκονται.

Quænam autem ſit illa Civitas, in qua Nicephori Synaxaria Triodiis aſſui cœpta fuiſſe, teſtatur Gennadius, nemini compertum eſſe video, cum ipſe ejus nomen non expreſſerit, licet nonnulli Cretæ urbem ab eo intelligi divinent. Exiſtimabat Vir Clar. Euſebius Renaudotius in Notitia Oper. Gennadii, Apologiam pro quinque Capitibus Concilii Florentini, aut Gennadii Patriarchæ CPolitani opus non eſſe, aut illam ſcriptam fuiſſe vel Florentiæ, vel ſtatim poſt reditum. At verba ſuperius allata non in Latina, ſed in Græca civitate editam fuiſſe eam Apologiam ſatis demonſtrant; niſi aſſerere velimus cum Allatio de Perp. Conſenſ. lib. III. cap. IV. ἐν ταύτῃ τῇ πόλει *in hac civitate* referri non ad urbem, in qua Scriptor, ſed in qua illi, ad quos ſcribebat, habitarent. Synaxaria Nicephori in linguam Græcam vulgarem converſa ſeorſim typis edita habemus.

F I N I S.

Digitized by Google

Menda, quæ relegenti fiebant obvia.
Si qua his ſimilia, ea fere levia,
Tu Lector emenda.

In Latinis vocibus.

Pag. 7. lin. 10. collaudavia *cor.* collaudavit. 14. 3. argumenium *cor.* argumentum. 18. 4. compicta *cor.* compacta. 20. 2. Pſami *cor.* Pſalmi. 26. 11. capitibas *cor.* capitibus. 27. 24. ſanctis *cor.* ſancti. 30. 8. Aorilis *cor.* Aprilis. 38. 13. duobus *cor.* duabus. 42. 6. te *adde* Deus. 42. 28. ſertiis *cor.* tertiis. 44. 28. hymnos *cor.* hirmos. 52. 32. Michael *cor.* Michael. 53. 1. Domini *cor.* Domino. 57. 17. honorem *cor.* honore. 59. 6. compicta *cor.* compacta. 62. 15. da *cor.* de. 69. 9. eſſ *cor.* eſt. 73. 33. quibus affluit Joannes, inquam, Damaſcenus ob doctrinæ fluenta *cor.* ob doctrinæ fluenta, quibus affluit; Joannes, inquam, Damaſcenus. 84. 10. Barberrino *cor.* Barberino. 85. 4. aut- *cor.* aut. 86. 17. cocompoſita *cor.* co compoſita. 87. 16. Nottintgerum *cor.* Hottingerum. 88. 23. auctorum *cor.* auctorem. 92. 17. Fidem *cor.* eidem. 92. 18. eratrum *cor.* Fratrum. 107. 31. dum, tradit *cor.* dum tradit. 108. 2. eum; qui *cor.* eum, qui. 108. 8. excribendos *cor.* excribenda. 109. 20. eodemque; ſublimes *cor.* eodemque, ſublimes. 110. 11. 780. *cor.* 680. 114. 17. te *adde*, ut decet. 125. 13. Megnum *cor.* magnum. 137. 5. Poeti *cor.* Poetis. 140. 32. Exapoſtillaria *cor.* Exapoſtilaria. 145. 1. Bonæfidei *cor.* Boneſidii. 148. 3. excedit *cor.* extendit. 160. quænam; ſit *cor.* quænam ſit. 161. 29. cenſeret *cor.* cenſerent. 177. 16. Vagn. cum *cor.* cum Vagnerechio. 189. 9. canentes *dele.* 191. 22. deſiderantur *cor.* deſideratur. 192. 23 cettamina *cor.* certamina. 203. 9. efficior *cor.* efficiar. 207. 17. gloriæ *cor.* gloria.

In Græcis vocibus.

Pag. 39. 24. συνθοὺς τε cor. συντέθους. 43. 4. πὶν cor. αὐτὸν. 43. 5. αὐται cor. ται. 51. 27. Σιωύρνη cor. Σμύρνῃ. 61. 11. ὄρειξν cor. ὄρεξον. 74. 13. παίδευσν cor. παίδευσιν. 74. 15. συναναστραφέντοις cor. συναναστραφέντος. 91. 12. αἱρέρεσιν cor. αἵρεσιν. 93. 8. οὐκουμένης cor. οἰκουμένης. 93. 9. οἶτοι cor. οὗτοι. 94. 29. Ε῏πα cor. Εἶπα. 117. 1. διεπάξαιτο cor. διετάξαντο. 122. 9. αὐτῶ cor. ἑαυτῶ. 126. 2. γίνεται. ὠδέπῃ cor. γίνεται, ᾠδέπῃ. 128. 21. Τετραῳδίονε cor. Τετραῳδίον. 131. 23. ἔξῃ cor. ἔζῃ. 202. 24. αὐλιζόμενυι cor. αὐλιζόμενοι. 203. 7. παχύπτια cor. παχύπτι.

162
2
31
VA1
1520453

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google